

FRANCISCI

I B E R A F

RESBYTERI Sic de

Doctoresq; TheoloS. Iesu,

comia, dñi

monis c

a.

A piece of aged, textured paper, possibly an endpaper or flyleaf from an old book. The paper is light gray with a mottled, fibrous appearance and shows signs of wear, including creases, small holes, and discoloration. A white rectangular label is affixed to the upper-middle portion of the paper, featuring the number 119 in a bold, black, sans-serif font. The paper is set against a plain white background.

**119**






FRANCISCI  
RIBERA

PRESBYTERI S

cietatis Iesu, Doctorisq; Theolo  
duodecim Prophetas commu  
rij historici selecti.

Ad D. Martinum Sierra & Axpe Episcopum Pa  
lantium, & Comitem Perniæ.

CVM QVATVOR INDICIBVS;  
vno locorum Scripturæ; altero regularum Scriptu  
ræ; tertio rerum & verborum; quarto Euange  
liorum solennium in vsum Cor  
cionatorum.



15

28.

CVM PRIVILEGIO.  
SALMANTICÆ,  
Excudebat Ioannes Ferdinandus.

*Esta tassado el pliego a tres maravedis.*

*FACULTAS CHRIS-*  
*tophori de Ribera Pro-*  
*uincialis.*

GO Christophorus de Ribera So-  
etatis Iesu in Prouincia Castellæ  
Prouincialis, potestate ad id mihi fa-  
cta a Reuerendo admodū Patre Clau-  
dio Aquauina Præposito nostro Ge-  
nerali, facultatem concedo vt com-  
mentaria breuia & selecta super duo-  
decim Prophetas Minores à Patre do-  
ctore Francisco de Ribera nostræ So-  
cietatis, olim in nostro Salmanticensi  
Collegio Sacrarum literarum profes-  
sore, composita, & eiusdem Societatis  
grauium, doctorumque hominum iu-  
dicio approbata, typis mandentur: in  
quarū fidem has literas manu nostra  
subscriptas, sigilloque nostro munitas  
dedimus, Legioni die vigesima nona  
mensis Octobris anni millesimi quin-  
gentesimi nonagesimi septimi.

*Christophorus*  
*de Ribera.*

APPRO-

APPROBATIO FRATRIS  
Henrici Enriquez.

**G**rauiſſimi ac ſapientiſſimi ſacra Theologie do-  
toris Patris Frãciſci Ribera Societatis Ieſu,  
in horũ duodecim Prophetarũ cõmentaria ſelecta  
breuiſq. ſedula qua potui euolui diligentia, cãri au-  
thoris rimãis opus, mira breuitate ſermonis concif-  
ſum, ſed grauitate ſententiarũ & maiestate verbo-  
rũ, ita elucẽs, vt magnũ excelſumque opus mihi ſi-  
uiliſum; in quo cõ ſenſus hiftorici germani ex anti-  
quitate ſanctorum patrũ ( qua eſt doctrina Eccle-  
ſiæ ) in ſturo iudicio deprõpti cõtineãtur, merito po-  
terit hoc opus typis excudã. In cõuẽtu S. Philippi Ma-  
ritij, die tercia mẽſis Ianuarij, anni 1598.

Fr. Henricus Enriquez.

*Summa del Privilegio Real.*

**C**oncedio la Mageſtad del Rey don Phi-  
lippe nro Señor al Padre Gaſpar de Pe-  
droto procurador General dela Cõpañia de Ie-  
ſus, y en nõ bre de ella, que por eſpacio de diez  
años q̄ ſe comiẽgan a cõtãr deſde la data de ſu  
cedula, ninguno pueda imprimir ni vender eſ-  
tos cõmẽtarios ſelectos del P. Doctor Frãciſco  
de Ribera ſobre los doze Prophetas Menores,  
fino el miſmo o quiẽ ſu poder tuuiere, ſopenã  
q̄ el que lo cõtãrario hiziere, pierda los libros,  
moldes y aparejos, y mas incurra en la pena  
contenida en el priuilegio, &c. Dio ſe en Ma-  
drid a 31. de Enero, de 1598.

f 2 D. D.



D. D. MARTINO

Sierra & Axpe, Episcopo Palan-  
tino, & Comiti Perniæ vnus è Colle-  
gio Societatis Iesu Salman-  
ticensi. S.



*Septem ab hinc annis præsul  
dignissime, D. Francisco de  
Ribera presbytero Societatis  
nostræ vita functo, omnes eius manu  
scripti cõmentarij ab ipso per plures an-  
nos congesti, & elaborati, mihi à maio-  
ribus traditi fuere. Diligenter capi euol-  
uere: tum etiam gratulari mihi opulen-  
tissimo tanta hereditate. Sed auarus hæ-  
res esse nolui, imò statim mecũ cogitavi,  
& postmodũ cum superioribus id dili-  
genter egi, vt tanti Doctoris, quẽ in scri-  
pturis interpretandis, quasi Apellem al-  
terum suspiciebam, ne linea quidẽ esset  
non proposita omnibus earũ studiosis tã-  
quam exemplar ad imitandum. Data  
mih*

mihifacultas fuit edēdorum in lucē cōmentariorum in epistolam ad Hebræos, quod essent posteriores atq; adeo sapiētiores eius in Scripturā vigiliæ : & horum breuiū in duodecim Prophetas Minores cōmentariorum, quod viris occupationū aliarū planè necessariarū multitudine, ac magnitudine distentis, & tamen coactis Scripturā reuisere ad sui ipsorum proximorumq; utilitatē, nihil dari posset accommodatius his selectis cōmentarijs, in quibus veræ germanæq; interpretationes maxima breuitate neque minori perspicuitate perstringuntur.

Quā ergo merito ac rectè hos tibi mitrā, vel id unū satis, superq; persuadet, quod & es, semperq; fuisti Scripturæ per studiosus : & tamē nūc Episcopatus tui munij districtus, vix poteris ullū tēporis spatiū his studijs subripere, cū tamē nō possis nō reddere studio officioq; tuo id effluigante. Optabis ergo huiusmodi

commentariolos, qui tibi, iam olim nota,  
renocent in memoriam, idq; breuissimè.

Prætereà lucubrations alūni nostræ  
Societatis, quiq; prius in celeberrimum  
Sancti Iacobi Zebedæi Collegiū coopta-  
tus fuerat, ad quem potius deferantur,  
quàm ad te nostræ Societatis adeò stu-  
diosum, & auctoris in Collegio paulò post  
successorem? Quātum vrò de tali, tan-  
toq; huius libelli patrono mihi gratuler  
dicerè multis, nisi tibi viro modestissimo  
laudes tuas audire ingrātū esse scirè: &  
corā laudare vllū, quantūuis dignissimū,  
possem ego sine pudore, aut nisi ea in re  
aētum agerè. Aētum inquam non tam  
ab alijs hominibus, et si multos habeas  
laudatores, quàm à tuis ipsius maiorum-  
que tuorum virtutibus, rebusq; præcla-  
rè gestis. Quæ, te inuito, latere mini-  
mè potuerunt. Et adhuc præclariores à  
te gerendas spectamus omnes. Faxit id  
Deus. vale.

# LECTORI.



N commentarijs doctoris  
Francisci Ribera in episto-  
lam ad Hebræos, quos hoc  
eodem anno peruulgauimus,  
polliciti tibi sumus

Christiane lector fauum hunc, eumque  
non  $\Psi$ , id est, syluestrem, quinimo  
 $\Pi\Delta$  id est, stillationem, & fluxum  $\Psi$ ,  
id est, faui, quem è floribus fusorum com-  
mentariorum suorum in duodecim Pro-  
phetas, ipsemet auctor (nec enim ferè ver-  
bum vllam aut apposuimus, aut subtraxi-  
mus) sibi vni mellificare putabat; at tanquã  
studiosa sedulaque apis mellificabat om-  
nibus. iam fidem soluimus papyro, chara-  
cteribusquè melioribus, totaque typogra-  
phia multo correctiori. Quæ omnia iure  
tibi displicuerunt in libro illo: rem absens  
alijs commendaueram. Egerunt multo ali-  
ter, quàm ego agendam censerem: sed ege-  
runt tanquam alienã. Didici mea me ipsum  
negotia procurare debere, expertus verif-  
simum esse illud Ennij Apud Gellium.  
Hoc tibi sit argumentum semper in prom-  
ptu situm, Nec quid expectes amicos face-

re quod per te queas. Et illud Æsopi: Nul-  
lum esse periculum, donec res alienis ma-  
nibus sit commissa.

Si videro hoc commentandi genus bre-  
ue, minimequè obscurum (imò verò haud  
scio quænam excellat breuitas, an perspi-  
cuitas) tibi gratum accidere: pergam, si-  
nemquè non faciam fauente Deo, vitæque  
comite, quoad tibi similes tradam in Bi-  
blia vniuersa. Mihi profecto semper pla-  
cuere imitatores Menelai: de quo Poeta-  
rû princeps. Γαῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως,  
ἐπεὶ οὐ πολὺ μῦθος. Id est.

Non is multa quidem, verùm argutissi-  
Pauçiloquus. Vale. (ma; quippe



INDEX

# I N D E X L O C O R V M

Scripturæ obiter in hoc  
opere explicato-  
rum.

*Prior numerus paginam, posterior ver-  
sum capituli indicat.*

## Genesis.



Ap. 15. vers. 18. *Semini tuo dabo  
terram hæc a fluuio Ægypti vs-  
que ad fluuiũ magnum Euphra-  
tem. pag. 412. num. 10.*

Cap. 19. vers. 17. *In monte saluum te fac. 400. 3*

## Numeri.

Cap. 25. 12. *Eccc do eis pacem fæderis mei, &  
erit tam ipsi, quàm semini eius pacem sacerdo-  
tij sempiternum. 475. 5.*

## Deuteronomium.

Cap. 32. 9. *Jacob funiculus hereditatis eius. 430. 7*

† 5

Libri

*Index locorum,*  
*Libri Reg.*

Lib. 2. c. 13. 12. Noli facere stultitiam hanc. 12. 10.

Lib. 4. c. 9. 24. Porro Iehu tetedit arcu manu. 413. 13

*Lib. 2. Esdræ.*

C. 8. 6. Et respondit omnis populus Amen amen,  
eleuans manus suas. 299. 10.

*Psalmi.*

Pfal. 1. 4. Tanquã puluis, quẽ proijcit vëtus. 175. 9.

Pfal. 5. 6. Odisti oës, qui eperãtur iniquitatẽ. 331. 13

Pfal. 7. 14. Altissimus dedit vocem suam. 102. 10

Pfal. 33. 7. Iste pauper clamauit, & c. 213. 6

Verf. 17. Vultus autem Domini super facientes  
mala. 468. 9.

Pfal. 37. 9. Iniquitates meæ super gresse sunt caput  
meum. 250. 19.

Pfal. 39. 3. Eduxit me de lacu miserie, & de luto  
fœcis. 301. 15

Pfal. 68. 2. Intrauerũt aquæ vsq; ad animam meã:  
infixus sum in limo profundi, & c. 301. 15.

Verf. 15. Eripe me de luto, & c. ibidem.

Pfal. 71. 4. Iudicabit pauperes populi, & c. 223. 3.

Verf. 9. Inimici eius terram lingent. 249. 17.

Pfal. 73. 9. Si na nãstra non vidimus: iam non est  
propheta. 169. 11.

Pfal. 74. 7. Quia neque ab or. neq; ab occid. neque  
e desertis montibus. 247. 12.

Pfal. 80. 20. Potentes virtute, facientes virtutem  
illu. 140. 13.

Pfal.

## Sacra Scriptura.

Psa 105. 37. *Et immolauerunt filios suos, & filias suas demonijs.* 81. 2.

Psa. 106. 34. *Terrā fructiferā in salſuginē.* 321. 9.

Pfal. 109. 3. *Tecum principiū in die virtutis tuæ.* 300. 12.

Pfal. 136. 7. *Memor esto Domine filiorum Edom.* 122. 11. & 184. 10.

### Prouerbiorum.

C. 25. 13. *Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum.* 419. 1.

### Ecclesiastes.

C. 9. 8. *Omni tēpore sint vestimenta tua candida.* 357. 8.

### Canticorum.

C. 6. 9. *Terribilis vt castrorum scies ordinata.* 101. 7.

### Ecclesiasticus.

C. 30. 10. *Et in nonissimo obstupeſcent dentes tui.* 138. 6.

### Isaias.

C. 1. 18. *Et venite, & arguite me, dicit Dñs.* 489. 10  
*Vers. 26. Et consiliarios tuos sicut antiquitus.* 176. 11.

C. 10. 21. *Reliquiae conuertentur.* 177. 10.

C. 11. 9. *Repleta est terra scientia Domini sicut aquae maris operientes.* 456. 8.

C. 40. 2. *Loquimini ad cor Ierusalem.* 17. 14.

*Vers 4 Omnis mens, & cellis humiliabitur.* 297

*Vers 7 Spiritus Domini sufflauit in eo.* 339. 9.

C. 41. 9. *Dabo in solitudinem cedrū, & spinā.* 115.  
C. 46.

## Index locorum

C.49.23. Pulverem pedum tuorū lingent. 249.17.

C.60.2. Quia ecce tenebrae, &c. Super te autem  
oriatur Dominus. 362.5.

C.61.9. Oēs qui viderint eos, cognoscēt illos. 249.

### Jeremias.

C.4.25. Et omne volatile celi recessit. 308.

C.6.11. Idcirco furore Domini plenus sum. 219.

C.8.13. Congregans Congregabo eos. 213.

Ver. 14. Ingrediamur, &c. quia Dominus Deus  
noster silere nos fecit. 312.11.

C.9.10. A volucre celi vsque ad pecora transui  
grauerunt, &c. 308.

Verf. 22. Quasi fenum post tergum metentis.  
226.12.

C.31.38. Et edificabitur ciuitas Domino. 457.10

C.48.11. Fertilis fuit Moab, &c. & requieuit in  
facibus suis. 313.12.

### Threni.

C.2.15. Sibilauerunt, & mouerunt caput. 239.16

C.3.22. Misericordiae Domini, quia non sumus cō-  
sumpti. 488.6.

### Matthæus.

C.11.10. Ecce ego mitto Angelum meum. 485.1.

Verf. 19. Iustificata est sapiētia à filijs suis. 88.10

C.21.10. Commota est vniuersa ciuitas. 346.7.

C.24.20. Orate, ne fiat fuga vestra hyeme. 455.6.

Verf. 29. Stel'æ cadent de celo. 300.11.

Ver.

## Sacra Scriptura.

Ver. 30. & tūc plāgent oēs tribus terra. 442. 12  
C. 28. 20. Ecce vobiscum sum. & c. 332. 15.

### Lucas.

C. 1. 32. Dabit illi Dominus sedem David, & c.  
176. & 225. & regnabit. 389. 13.  
C. 2. 24. Ecce positus est hic in ruinam. 89. 10.  
C. 3. 5. Omnis mons, & collis humiliabitur. 297.  
C. 15. 22. cito proferte stolam primam, & induite  
illum. 368. 4.  
C. 19. 4. In arborem sycomorum. 163. 14.  
C. 21. 26. Arescētibus hominibus prae timore. 157.  
12.

### Iohannes.

C. 10. 28. Et ego vitam aternā do eis, & c. 230. 4.  
C. 11. 52. Vt filios Dei, qui erāt dispersi. & c. 330. 10  
C. 12. 32. Et ego si exaltat<sup>9</sup> fuero à terra. & c. 295.  
C. 15. 5. Ego sum vitis, vos palmites. 88. 8. [4.  
C. 17. 12. Cūm essem cūm eis, ego seruabam eos in  
nomine tuo. 230. 4.

### Acta Apostolorum.

C. 2. 17. Effundam spiritum meum super omnem  
carnem. 105. 28.  
C. 7. 42. Et tradidit eos seruire militiæ celi, & c.  
150. 26.  
Ver. 43. suscepistis tabernaculū Moloch, & Sy-  
dus Dei vestri Rempham, & c. ibid. 27.  
C. 15. 16. Post hæc reuertar, & reedificabo, & c. 176  
Verf. 20. Vt abstineāt se à cōtaminatis, & c. 410. 7.

Ad

## *Index locorum,*

### *Ad Romanos.*

- C. 1. 18. *Iustus autem ex fide vivit.* 185. 4.  
C. 2. 8. *Ihs autem, qui sunt ex contentione.* 233. 15.  
C. 2. 28. *Nō enim qui in manifesto Iudæus est, &c.*  
404. 23.  
C. 8. 21. *Quia ipsa creatura liberabitur, &c.* 12. 10  
C. 11. 25. *Cecitas ex parte contigit in Israel.* 110. 1.  
Vers. 28. *Secundum electionē carissimi propter  
patres.* 56. 10.

### *1. Ad Corinthios.*

- C. 10. 11. *In quos fines seculorū deenerunt.* 284. 3  
C. 15. 54. *Absorpta est mors in victoria.* 256. 5.

### *Ad Galatas.*

- C. 1. 17. *Abij in Arabiam.* 187. 19.  
C. 3. 11. *Iustus ex fide vivit.* 285. 4.

### *Ad Philippenses.*

- C. 2. 9. *Propter quod & Deus exaltauit illum;*  
389. 13.  
C. 2. 15. *Inter quos lucetis sicut luminaria in mun-  
do.* 373. 2.

### *2. Ad Thessalonicenses.*

- C. 2. 8. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris  
sui.* 435. 17.

### *Ad Hebræos.*

- C. 10. 26. *Voluntariē enim peccantibus nobis, &c.*  
106. 30.

Verf.

## Sacra Scriptura.

Verf. 38 Iustus autem ex fide viuit. 285. 4.

C. 12. 26. Nunc autem, &c. mouebo non solū uer-  
ram, sed & calum. 345. 7.

### 1. Petri.

C. 5. 2. Pascite, qui in uobis est, gregem. 87. 4.

### Apocalypsis.

C. 1. 7. Et videbit eum omnis oculus, & qui ex-  
pupugerunt. 442. 10. Plangent se super eum cri-  
nes tribus terre. 442. 12.

C. 1. 20. Candelabra septem, septem Ecclesia sunt.  
373. 2.

C. 6. 2. Et uidi, & ecce equus albus. 357. 8. & quī  
sedebat super illum, habebat arcum. 413. 13

C. 7. 8. Ex tribu Ioseph duodem millia, &c. 145. 6.

F I N I S.

# ERRATA.

**P**Ag. 33. lin. 17. dolauit. leg. dolui. pa. 121.  
 li. 4. visitatus. le. vsitatus. pag. 127. li. 2.  
 pignoratit. le pignoratis. pa. 143. li. 6. Dñs.  
 le. Dñi. pa. 181. li. vlt. us. le. mus. pa. 197. li. 21.  
 eandem. le. eadem. pa. 244. li. 1. minoribus.  
 Et. le. minoribus, &. pag. 245. li. 7. pseudo  
 phophetis. le. pseudoprophetis. pa. 250. li.  
 7. exclama. le. Exclamat. pa. 255. li. 25. es. le.  
 est. pa. 257. li. 16. confilia. le. consilio. pa. 263  
 li. antep. est. le. ex. pa. 270. li. 12. qui. le. quæ.  
 pa. 288. li. 8. & per partis. le. partis & per. li.  
 vlt. est. le. es. pa. 31. li. 24. iterature ad. le. ite.  
 ratur eadem. pag. 355. li. 10. chmea. le. mea.  
 pa. 373. li. 6. habētis. le. non habētis. pa. 378.  
 li. 7. dixit. le. dixi. pag. 387. li. 3. quæ. le. qua.  
 pa. 394. lin. 17. iudicare. le. iudicate. pa. 414.  
 li. 16. instrues. le. instruet. pag. 474. lin. 19.  
 indigentis. - indignantis. pag. 480. lin. 25.  
 εἰδυμματα le. εἰδυμματα. pa. 481. li. 1. teti-  
 git. le. tegit.

¶ Con estas erratas esta correcto este libro confor-  
 me à su original. En fe de lo qual lo firme. En  
 Salamanca oy. 30. de Agosto. 1598.

El Corrector, &c . Manoel Correa  
 De Montenegro.



# INDEX RE- GULARVM

Scripturæ, quæ in hoc  
opere tradun-  
tur.

*Primus numerus paginæ; secundus,  
versum Capitis indicat.*

**I**  CRIPTURA sæpe vide-  
tur loqui omnibus, cum  
loquatur tantum quibusdam,  
pag. 12. vers. 8.

**2** Dubitatione utitur, non  
nunquam ad rei difficultatem explicā-  
dam; vel ad significādam arbitrij nostri  
libertatem, 147. 15. & 46.

**3** Recapitulatione uti solet, 199. 5.

9

4 Re-



## *Index verum,*

- 4 Repetitione vti solet ad certitudinem, & magnitudinem rei significandā. 254. 2. 310. 6. 314. 14. 328. 5. Et ad maiorem confirmationem & amplificationem. 474. 2.
- 5 Verbis pluribus idē significantibus vtitur ad amplificationem. 264. 10.
- 6 Reticere sæpe solet particulam similitudinis. 270. 13. 321. 9. 395. 12.
- 7 Rem eandem ad amplificationem varijs similitudinibus explicat. 302. 17.
- 8 Solent Prophetæ à secūdo aduētū Christi transire ad primum. 445. 1.
- 9 Prophetæ per particulas has, *In illa die*, copulare solent tempora multum inter se distantia. 445. 1.
- 10 Aposiopesi vti solet scriptura ad amplificationem. 46.
- 11 Verba in scriptura nonnunquam nō dicunt actum, sed officium, seu debitum, *ut custodient pro custodire debent.* 476. 7.

## *Adulter.*

Contra adulteros, qui vxores suas, quōd deformes sint, dimittunt, & abeunt ad alienas, vide pag. 479. vers. 14. & sequentibus.

*angelus.*

## Et verborum.

### Angelus.

1. Angeli in Scriptura appellatur *exercitus Dei*, ob multitudinem, fortitudinem, & ministerium conterendi hostes Dei, pagina. 140. vers. 13.
  2. Angeli significantur *viris equitibus* ob celeritatem ad liberandos quos custodiunt, & vindicandos de ipsorum hostibus. 356. 8.
  3. Ad comparationem Angelorum, omnis humana natura, vel scientia dicitur *pueritia*. 362. 4.
  4. Angeli perstant indefessè in his quæ ad salutem nostram pertinent. 368. 5.
  5. Ecclesiam circumstant tuentes eam ab hostium incurfibus. 410. 8.
  6. Angeli dici solent in Scriptura, qui fideliter referunt, quæ à Deo acceperunt, nihil addendo è suo, aut subtrahendo, ut angeli faciunt; & qui Dei sequestres sunt, & hominum; & voluntatis Dei nuntii, & interpretes, & imitatores angelicæ vitæ ac puritatis. 476. 7.
- Ioannes Baptista & Christus appellantur Angeli. 485. 1.

### Antichristus.

1. Antichristus est caput in domo Diaboli,  
estque

## *Index rerum,*

estque destruendus à Christo, 300. 13  
& 14.

2 Antichristi collum sunt eius potentiores amici, & propiores ei. Fundamenta verò eiusdem Antichristi sunt turba eū sequens. ibidem.

3 Antichristi temporibus deficient charitas, & virtutes in plurimis. 302. 17.

4 Cum finis sæculi aduenerit, & iam Ecclesia exerceri non indigebit, tūc Deus de omnibus eius persecutoribus dignas pœnas sumet. 333. 19.

5 Per Antichristum exurget Diabolus in Dei populum: qui tamen prædicatione Eliæ, & Henoch eripietur, & ad Christum conuertetur. 374. 7. & 9. In qua conuersione gratia Dei erit tam larga in Iudæos, quàm olim fuit in Gentiles. ibidem.

6 Prius tunc Deus finet Iudæos ab Antichristo decipi, sed citò magna in eorum salute operabitur. 375. 10. Idque magna gētium lætitia. ibid. Et quidem per Eliā & Henoch. 376. 12. 377. 14.

7 Regnare incipiet Babylone, vbi recipietur à Iudæis. 383. 11.

8 In pœnā cædis Christi permittet Deus cum recipi à Iudæis. 434. 16.

9 Erit

## *Et verborum.*

- 9 Erit pessimus pastor Iudæorum. 434. 15.  
16. & 17.
- 10 Eius consilia infatuabuntur ab ipso Deo.  
435. 17.
- 11 Iudæi hæretici cum Antichristo præcipuè, & mali Christiani pugnabunt contra Ecclesiam. 438. 14.

## *Apostoli.*

- 1 Apostoli electi fuere ad conuertendas omnes nationes, per se, ac discipulos suos. 186. 17. vsq; ad 21. & 296. 6.
- 2 Fuere humiles, illiterati, nequaquam sperantes in se, sed in nomine Christi, & eius virtute mirabilia facientes. 331. 12. & 400. 6. & 421. 6. & 7.
- 3 Per Apostolos, & in Apostolis ipsis Christus prædicabat. 363. 8.
- 4 Non humanis viribus, sed virtute Spiritus sancti gentes conuerterunt. 374. 6.
- 5 Sunt quasi arcus, ex quo sagittas verbi sui Christus mittit ad gentiles, & eos sibi subijcit. 413. 13. & 421. 4.
- 6 Sunt quasi fundibularij Dei; lapides autem fundæ sunt ipsa verba Scripturæ, & ea quæ intus Deus docet. 414. 15. Et ita innumeros vicerunt, & subiecerunt.

## *Index rerum,*

Euangelio. 415. 15. Idq; sine armis carnalibus 16.

- 7 Dicuntur *lapides sancti* superædificati Christo lapidi viuo. 415. 16. Et *nubes* quæ cœlestem pluuiam in terram effuderūt: Et dicuntur *niues*, quia pleni & onusti erant ista pluuiæ, & quia aduentu suo ardorem concupiscentiæ in hominibus refrigerauerunt. 418. 1. Et dicuntur *equi bellatores*, acies rumpentes.

Christo equite. 420. 3. & dicuntur *exactores*, quia cum libertate, & imperio tributū ab hominibus exigunt, hoc est, vt creatorem suum agnoscant. 421. 4.

- 8 Iudæi etiam persecuti sunt Apostolos. 438. 2. 3.

*Auaritia*. Vide verbo, *Diuites*.

## *Christus.*

- 1 Christus aduētū suo magnam nobis attulit copiam bonorum spiritualiū. 104. 21. & sequent.
- 2 *Mons* est ipsius domus Domini qui subito creuit mirabiliter coram oculis Dei, sed pedetentim coram hominibus, vt doceret eos, ne citò vellent ipsi crescere, ni vellent citò cadere. 222. 1.
- 3 Autor fuit magnæ, ac æternæ pacis; in primis

## Et verborum.

- primis spiritualis in cordibus fidelium,  
deinde etiam consensus omnium gentium  
confluentium ad Euangelium. 223. 3. 5. 231. 5.
- 4 Christo fautore nil est quod mœreamus  
225. 9. 10.
- 5 Propter Christum in ea natum, Bethlehè  
aliàs parua, & abiecta, maxima est, & bo-  
norum omnium origo. 229. 2.
- 6 Hic qui homo est natus in tempore, ab  
initio Deus natus est à Patre. 229. 2.
- 7 Appellatur *Germen & Oriens*, & *Lapis ca-*  
*latus*. 369. 8. 389. 12.
- 8 Attulit hominibus summam tranquillitatem. 370. 10.
- 9 Est *lampas maxima* in summo stipite candelabri, idest, Ecclesie. 373. 2.
- 10 Christi regnum semper mansurum est,  
cum tamen cætera omnia defecerint, de  
futurave sint. 385. 1. & sequent.
- 11 Ipse, & non alius edificauit Ecclesiam.  
389. 13. sed alij adiunarunt eum. 390. 15.
- 12 Magnam gloriam suis factis consecutus  
est. 389. 13.
- 13 Appellatur *Separator*, quia separabit bo-  
nos à malis in iudicio, & quia nunc se-  
parat, quosdam vocans ad fidem, alios,  
ob sua peccata in infidelitate relinquens.  
409. 6.

## *Index rerum,*

- 14 Ex Christo pendent omnes iusti, casuri, & confringendi nisi sustineantur in ipso. 4:0.4.
- 15 Dicitur *Fons*, propter spiritum quē dedit, propter baptismum, & cætera sacramenta quibus homines abluit, & propter doctrinam cœlestem quæ suo modo etiam purificat 445. 1.
- 16 Vocatur *Angelus*, quoniã fuit nūtius, & interpres fidus Diuinæ volūtatis. 485. 1.
- 17 Christus gratia sua purgat homines, sicut ignis metalla, & sicut herba saponaria velles 485. 2. Idq; non perfunctoricè, sed ex professo ibid.

### *Christi incarnatio & Natiuitas.*

Vide in Indice Euangeliorum in festo Incarnationis.

### *Contemplatio.*

Contemplationi seruiunt visibilia, quibus Deus rapit nos ad inuisibilia. 200. 9. 11.

### *Decima.*

Decimæ orta etiã fame soluendæ sunt. 489.  
8. Quod nisi fiat, Deus punire homines solèt magna sterilitate. ibidem.

*Diui-*

## *Et verborum.*

### *Diuites, Diuitia.*

- 1 Diuites superfluis deberent non abundare, maxime, Christiani. 153. 1.
- 2 Facile diuites opprimere possunt minores. 217. 1. & se q. & re ipsa opprimunt, & spoliant. 213. 8 & 9. & 217. 1 & 219. 10. & 238. 10. 11. 12.
- 3 Post monita, & increpationes ministrorum Dei, & minarum adhuc multi diuites retinent aliena bona. 237. 9.
- 4 Repleti sunt vitijs omnibus, quæ cupiditatem sequuntur. 238. 12.
- 5 Diuites esse quidam appetunt, & curant, siue per fas siue per nefas, quia pecunia est ipsorum idolum. 75. 7. 8.
- 6 Diuites quantumuis iniquos audet ferè nemo reprehendere. 76. 8.
- 7 Tolerabile esset, si, qui premuntur inopia, retinerent aliena bona, at id faciunt ditiores. 238. 12.
- 8 Diuitia sunt quasi lutum; quia viles, & multo labore condensatae, quo fiat paries qui celerrimè corruet. 286. 6. Et cõgeruntur in damnationem Domini sui, & posterorum suorum. 287. 9. 10. 11. 12.
- 9 Diuites putant se suis diuitijs septos esse

## *Index rerum,*

se, quos tamé Deus sæpe facile destruit.

513.11.12.13.

- 10 Avaros esse indicat Scriptura eos, quos principio minarú, terret egestate. 473.2.

## *Doctores Evangelici.*

- 1 Si munere suo rectè fungerentur, occiderentur non pauci, etiã inter Christianos. 36.5. Eiusmodi enim doctores odio habentur à multis. 145.10.
- 2 Eorum vox cum potestate sonet, ita vt commoueantur, terreantur, & conuertantur firmiter peccatores. 70.10, & 11. Imo etiã homines infideles. ibid vel paucissimis verbis auditis. 197.5. & seq.
- 3 Christi doctrinam verbis, & factis tradant. 88.7.
- 4 Tacent nõnunquam, vel quia vidét aduenisse tẽpus vltionis Diuinæ, vel quia vident se non posse resistere. 146.13.
- 5 Magna est eorum pax, bonorú abundantia, lætitia, & libertas spiritualis. 178.14. & etiam firmitas. 15.
- 6 Multum dolere debent, cùm vident Dei gloriam minui 199.3.
- 7 Eos protegit Deus, etiam à malis corporis. 220 6.

## *Et verborum.*

- 8 Nonnunquam palam testem inuocent Deum, quòd officiũ suum fideliter præfiterint 204.2.
- 9 Odio habentur, neque audiuntur à peccatoribus, quando vt oportet, eis prædicant aspera, mortem, captiuitatẽ, &c. 211.6.
- 10 Benignum pœnitentibus polliceantur Deum, ibidẽ, qui benignus quidem est, at timentibus eum 212.6 & 7. & 219.11.
- 11 Dolent puniendos esse peccatores quos clamant esse puniendos à Deo, nec possunt nõ clamare, Deo id præcipiente. Qui clamor ex obedientia & charitate prouenit 214.11.
- 12 Lenes sunt nonnunquã diuitibus, asperi pauperibus. 218.5. quos tamen Doctores ob id magnæ calamitates spectat, & contemptus populi. 218.6. & 7.
- 13 Grauiã & tristia, cum opus est, prænunciant omnibus absq; personarum acceptione. 218.8.
- 14 Donis naturalibus, quibus quidam eorũ persequebãtur olim Ecclesiã, cõuersi eã iuuant 216.13. & quidẽ merito; illa enim dona, Dei erãt ibi. & 231.6 & 232.10
- 15 Doctorũ numerũ penè infinitũ dedit ei Christus aduersus hostes suos. 231.5. qui merito

## *Index rerum.*

- meritò Saluatores dicuntur ibidem. 71. 2.  
16 Sunt quasi ros missus à Domino, qui cum paruus videatur, refrigerat tamen, ne estu pereamus, & ad iustum incrementum nos perducit. 232. 7.  
17 Conqueri meritò possunt, quòd sæpe nihil ferè suis cõcionibus efficiant. 243. 2. aut si quid efficiunt, tardè id quidem. 243. 2.  
18 Planam oportet ipsorum doctrinam esse quæ à quouis intelligi possit. 284. 2.  
19 Ecclesiam circundant, tuentes eam, ab hostium incurfibus. 410. 8.  
20 Legem proferant, sed non nisi in tempore suo. 476. 7. legem inquam, non nugas aut fabulas. ibidem.

## *Doctrina Euangelica.*

- 1 More imbris copiosi animas sæcundat, facitque germinare virtutes, atque etiã maturefcere. 35. 3.  
2 Fœcundissima est. 177. 13.  
3 Vim habet dolandi, & expoliendi nos, atque ad rectitudinem adduendi. 35. 5. & quosuis conuertendi. 177. 13. & 17. 14.  
4 Efficere deberet insignes prædicatores, etiam homines alias ineptissimos. 131. 8.

## *Et verborum.*

- 5 Virtute Diuina verbi, nõ hominum elo-  
quentia, populi cõuertentur & salui fiet  
232. 7. qui verò tanta virtute non con-  
uertuntur, acerrimas dabunt pœnas.  
233. 15.
- 6 Euangelij simplicitati se subiiciunt hu-  
ius mundi sapientes. 407. 2. & fortes, &  
diuites. 408 3, 4. & superbi. 410. 6. & crude-  
les. 7.
- 7 Hæc doctrina homines confirmantur,  
& lapidei redduntur ad tentationes. 416.  
17.
- 8 Est quasi pluuia serotina: nam matutina  
fuit doctrina Moyfis. 418. 1. & 419. 1.
- 9 Mirabiles sunt effectus huius doctrinæ.  
445. 2. 3.
- 10 Nullo tempore deerit in Ecclesia. 456. 8.

## *Ecce.*

Hæc particula magnum indicare solet ef-  
fe quod sequitur, & attentione dig-  
num. 484. 1.

## *Ecclesia.*

1 Ecclesiæ ipse Deus murus igneus est.

361. 5.

## Index rerum,

- 2 Dicitur *candelabrum*, id est, locus veri luminis, nō à se, sed à Deo : & illud *aureum* quidē *totum* propter firmitatē, & præstantiam doctrinæ nō habentis admixtionē falsitatis. 373. 2 & ob id dicitur etiam *ciuitas veritatis*. 399. 3. & dicitur *mōs* in quo solo salui fiunt homines. 400. 3. & *mōs sanctus* in quo verus Deus vera religione colitur, ibidem.
- 3 Plena semper fuit & erit sapientissimis consiliarijs, quibus acquiescēt adolēcentes : & ijs illi non erunt odiosi. 400. 4.
- 4 Exultat in dies prole noua simul etiam latante quod eius prolex sit. 400. 5.
- 5 Eam circundant Doctores tuentes ab hostium incurſibus. 410. 8.
- 6 Facilē vincere potest Diabolum. 411. 8.
- 7 Facili negotio à Deo congregata est. 422. 8. & sequentibus.
- 8 Eam impugnantes, amittunt mentē, & insaniunt, vt ebrij. 438. 2. & 439. 4. & à Deo affligentur. Et, cum hoc ita sit, non erit populus qui non aliquando eam persequatur. 439. 3. 4. 7. ipsa vero protegetur semper à Deo, qui hostium eius conatus faciet irritos. Ibidem, & 441. 9. & ipsa in medijs periculis spem suam collo-

## Et verborum.

- collocabit in Deo. 440. 5. & persecutionibus ipsis augebitur. 6. & erit sicut familia Dei heroicis virtutibus prædita 441. 8. dato ipsi Spiritu sancto. 10. & multis tribulationibus probata. 448. 9.
- 9 Eius propagatio inter Gentiles prædicatur. 453. 3. 4. Iudæis manentibus in sua incredulitate. 454. 5. & 456. 8. 9. 10.
- 10 Nulla persecutio præualebit aduersus eam 457. 11.
- 11 Superatis omnibus gentibus, à quibus obsidebitur, earum præda & spolijs ditabitur, id est, eruditione, potentia, nobilitate, eorum qui conuertentur. 458. 14.
- 12 Omnes qui ad Ecclesiam venire noluerint arescent, & peribunt sicut fata quæ de cælo non irrigantur. 459. 17. 18. 19.
- 13 In hac Ecclesia omnia sunt Domino cõsecrata. 460. 20. 21.
- 14 In ea magnus est numerus sacrificantiũ corpus Christi, in missæ sacrificio & contritũ in confessionis sacramento. 461
- 15 Eius figura fuit templum Salomonis. 485. 1.
- 16 Respectu aliorum populorum appellatur *argentum*, & eius sacerdotes vocantur

## *Index rerum.*

- tur aurum ibidem.
- 17 Ecclesia in scriptura vocatur nonnunquam Iuda: & Roma vocatur *Ierusalem*.  
Ibidem
- 18 Ad Ecclesiam vocati, quantum præ alijs debeant Deo. 465. 1. & sequentibus.
- 19 Ecclesiæ amplitudo multò maior est, quàm Synagogæ. 469. 11.

## *Eucharistia.*

- 1 Fam quidam frequentant, non vt Deo sed vt sibi placeant: 424.
- 2 Eucharisticum sacrificium corporis, & sanguinis Christi nulla offerentium indignitate polluitur, & mundat nos, pœnitentiamque nobis impetrat, & peccata minuit. 362. 11.
- Vide verbo Ecclesia numero. 14.

## *Exemplum.*

- Exempli mali autores ( quos homicidas appellat scriptura ) breui punire solet Deus, 4. 4.

## *Festi dies.*

- Festis solemnibus Deum sæpius magis offendit.

## *Et verborum.*

20 fendimus. 148. 23.

### *Furtum.*

Vide verbo, *Diuites.*

- 1 Quantum de est mensurę furantium, dñ vendunt, tantum eis addetur poenarum. 238. 10. 11.
- 2 Tolerabile id esset quodammodo, si id facerent qui premuntur inopia; at faciunt qui ditiores sunt. 238. 12.
- 3 Contra eos qui per vim, & fraudem priuant mercenarium mercede sua, opprimunt viduas, peregrinos, & aduenas. 488. 5.

### *Humilis, Humilitas.*

- 1 Humiles, ac submissos erga Deum oportet nos esse, quantumuis sollicitè ipsi seruiamus, & arctè ei adhareamus. 237. 8.
- 2 Tanta est hæc virtus, vt ea vna ceteras omnes complectatur nonnunquam scriptura. 319. 3.

### *Ieiunium.*

Ieiunant multi non in honorem Dei, sed vt hominibus placeant, aut sumptu: par

## *Index rerum,*

cant: Et ita dum ieiunant, committunt  
peccata multa .393.3.6.

### *Infernus.*

1. Inferni poena est æterna. 112.8.
2. Infernus deserto comparatur, in quo nihil sit quod delectet. 116.19.

### *Ioannes Baptista.*

1. Vocatur angelus 485.1.
2. Præparauit viam Christo Domino, docens eius aduentum & exhortans ad poenitentiam. ibidem.

### *Israel, Iudæi, Iudæi.*

Significare solet conuersos ex gentibus  
*Iuda* vero conuersos ex Iudæis. 6.11. Pre-  
terea, *Iuda* significare solet populum  
Christianum. *Ierusalem* autem Romam  
metropolim totius Christianitatis. 86.4

*Iuda* etiam ponitur in Scriptura nonnun-  
quam pro tribu Iuda. 475.4.

Iudæi conuertendi sunt in fine mundi: in-  
terim viuunt sine Deo, & sine idolis. 17.  
3.4. & .495.6.

Iudi.

## Et verborum.

### *Iudices, Iurisconsulti, Testes.*

- 1 Iudices corrupti minimo etiam precio, iudicant iniuste pro diuitibus contra pauperes. 126.6.
- 2 Non solum accipiunt munera ab vltro offerentibus sed ipsi etiam postulant, & dare compellunt 243.3.
- 3 Iudices se se mutuo inuuant contra fas. Inter quos maximè verum est prouerbiū Hispanum *hax me la barba, y barete el copete.* 244.3.
- 4 Iudices, & patroni, & alij humani & Diuini iuris consulti, sæpe respondent, nõ quod Deus vult, sed quod alijs placet; vt adulètur, & pretium recipiāt; & ideo veritatem cõturbant, *la enmarañan.* 244.3.
- 5 Iniuste sæpe iudicant, non causas attendentes sed personas. 477.9.
- 6 Contra eos qui iniuste iudicant aut falsum testimonium dicunt aduersus minùs potentes. 488.5.

### *Iudicium.*

- 1 Iudicij extremi signa. 106.30. & sequentibus. & 113.14 & 299.11.

## Index rerum,

- 2 Iudicij extremi dies. 110. 1. & sequentibus & 112. 13.
- 3 Terribilis tunc malis erit extrema Dei sententia. 113. 16. 17.
- 4 Tunc iusti, in Christo suo sperabunt. 114. 16. & aperte videbunt quod nunc credunt, & erunt prorsus sine vlla ruga & à reprobis omnino separati. 114. 17. fruentes vita omnibus bonis referta. 114. 18. idque in æternum. 115. 18.
- 5 Ante diem extremi iudicij gens Iudæorum integrè ad Christum conuertenda est. 116. 21.
- 6 Deo comminante existimare debemus quasi præsens Dei iudicium; atq; ad eum timere. 131. 4. 6.
- 7 Deo tot ac tanta supplicia cõminante, hi etiam, qui munus prædicandi non habent, deberèt magna vi prædicare. 131. 8.
- 8 Iure tunc irascetur Deus. 132. 9.
- 9 Quidã irridètes ipsos cõcionatores, aut ostètantes nihil habere, cur timeat, aut optare se diem iudicij. 147. 18.
- 10 Tunc turbabuntur persecutores Evangelij. 297. 7. & 299. 10. & persequi desinent. ibidem.
- 11 Tunc Deus in damnatorum pœnis ostendet fortitudinem suã, quæ latere videbatur

## Et verborum.

- 11 debatur. 298. 8. & in iustorum præmijs  
veritatem suam. 9. ideoque ab omnibus  
12 creaturis laudabitur. 299. 10.  
13 Tunc fremens & furore plenus erit  
Deus. 300. 12.  
14 Sancti audientes futura in eo iudicio,  
toti commouentur. 301. 16. 17. & quæuis  
mala pati optant, dum modo illo die  
affociantur electis. ibidem.  
15 Sancti tunc gaudebunt. 302. 18. & dote agi-  
litate eleuabuntur obuiâ Christo in celum,  
psalmos ipsi dulcissimè canentes. 303. 19  
Vbi securi erunt in æternum. Ibidem.  
16 Christus vocatur *separator* quia separa-  
bit bonos à malis in iudicio. 409. 6.  
17 Veniens ad iudicium, videbitur à pec-  
catoribus magno ipsorum terrore. 441.  
18 & planctu. 442. 10. 11. 12.  
19 *Dies Dñi* appellatur ille, in quo Deus de-  
hostibus suis ultionem sumit. 452. 10. 7  
20 Tunc Iudæi increduli poenas dabunt  
sue incredulitatis. 455. 5. 6.  
21 Dies ille soli Domino notus est. 455. 6.  
22 Breuissima mora iudicium fiet. 455. 7.  
23 In fine illius diei erit sanctis lux inde-  
ficiens, id est, beatitudo corporis & ani-  
mæ. 455. 7. & non sinet Deus vt eos tribu-  
latio attingat, 491. 17.

## Iudex rerum,

- 22 Impij signis præcedentibus iudicium  
arelescent præ timore. 457. 12. & 13.
- 23 Cùm homines stulti, vidēt peccatores  
abundare bonis, dicūt eos placere Deo,  
& ideo illis benè facere: aut si hoc ita  
non est, dicunt: vbi est Deus iuste iudi-  
cans vbi sunt illius iusta iudicia. 481. 17.
- 24 Sed multò aliter sentiūt viri iusti. 491. 16
- 25 Idem qui futurus est iudex, est etiā tes-  
tis nullis alijs testibus indigens. 457. 9.  
& si dissimulet semper tamen amat ius-  
titiam. ibidem.
- 26 In die iudicij planè constabit quantum  
interfuerit inter seruientem Deo, & nō  
seruientem. 491. 18.
- 27 Dies iudicij extremi erit plena iræ, & vl-  
tionis. 391. 1.
- 28 Ignis futurus in extremo iudicio erit  
celerrimus in corripiēdo, & omnes im-  
piorum voluptates omnino consumet,  
vt nunquam renasci queant. Ibidem.
- 29 Christus in die iudicij erit sanctis sicut  
sol, ob splendorem visibilem & maiesta-  
tem, ob lætitiā; & quia fugabit omnes  
eorum tenebras, id est, afflictiones, &  
quia patefaciet arcana cordium; & erit  
sicut sol iustitiæ, quia omnia ista quæ  
habet vt sol, impendet iustitiæ, id est, in  
fauorem

## Et verborum.

fauorem iustorum. 494. 2. & eorum corpora efficiet gloriosa ibidem.

30 Tunc sancti calcabunt impios, & erunt magni & gloriosi; Peccatores autem coram illis erunt res abiectissima. 495. 3.

31 Consideratione illius iudicii, permoueri debemus ad seruandam legem. 4.

32 Dies ille dicitur *magnus* quia magna in eo facturus est Deus, & dicitur *horribilis* propter sententiam in malos proferendam, vel; *magnus* iustis, *horribilis* peccatoribus. 495. 5.

33 Sancti suo modo iudicaturi etiam sunt malos in illa die. 494. 3.

## Justitia.

1 Primum ferè, quòd Deus à nobis requirit, hoc est, ne proximum lædamus; quod si quid læserimus, reddamus. 237. 8. & 488. 5.

2 Nec inter amicos, aut sanguine coniunctissimos, fides aut veritas seruatur. 245. 5.

## Leui.

Ponitur nonnunquam in scriptura pro tribu Leui. 475. 4.

## Index rerum,

### Michael.

Vide verbo, *Angelus.*

Michael significatur in viro ascédente in equo rufo. 356.8.

### Misericordia.

- 1 Misericordia nostra in pauperescitò exarescit, & ideo solet exarescere misericordia Dei in nos. 35.4.
- 2 Misericordia nostra in pauperes magis delectat Deum, quàm eū delectent nostra sacrificia. 36.6.
- 3 Hāc post iustitiā requirit à nobis Deus. 237.8.
- 4 Misericordes pauci reperiuntur. 243. 2.

### Mors.

Vide verbo Resurrectio.

- 1 Bona temporalia celerrimè transeunt. 67.1.&.81.3.&.93.5.
- 2 Victoria Christi de morte consolatur nos cum mæremus nos esse ineuitabili morti subiectos 83.14. Ille enim siccauit mortis venas, hoc est peccata. 84.15.
- 3 Mors charissimos quosq; diuidet. ibid.

## *Et verborum.*

- 4 Venit quasi fur, id est, quando securiores nobis esse videbamus; vt accidit illi, cui dictum est, *stulte hac nocte, &c.* 132. 12. & 148. 24.
- 5 Quidam ita viuunt, vt existimare videantur hæc bona temporalia non esse vnquam peritura. 153. 1.
- 6 Mortem ipsam peccatis suis quidam sibi celerius aduentare faciunt. 154. 4.
- 7 Mors obeunda est propter bonum commune. 192. 11.

## *Obedientia.*

- 1 Obedientiæ magnum exemplum proponitur in Propheta Hosee ducente foemina fornicariam. 4. 3.
- 2 Viros sanctiores, si quando fuerint inobedientes, misericorditer Deus poenis infligit, ad obedientiam protinus reuocat. 190. 3. & sequentibus. Quarum poenarum vna est tristitia. 191. 5. altera est manifestatio inobedientiæ ipsorum, atque aded confusio coram alijs. 7. Quas poenas grauat Deus, si perstent illi in sua inobedientia. 191. 11. nec id facit, vt perdat, sed vt corrigat, & seruet. 194. 1. 3. etiam quando ipsi putant se à Deo abie-

## *Index rerum,*

ctos esse, & morte mulctandos. 5. Qui tamen non diu finit eos in ea tristi existimatione; sed ad spem erigit veniam. 195.  
5. Etiam quando nihil spei superesse videbatur. 6. & sequentibus.

### *Onus.*

*Onus* vocatur à Prophetis propheta minax. Sed cum ea habet aliquid admixtum lenitatis, dicitur *onus non contra sed ad*, verbi gratia, *Ad Israel. 467. 1.*

### *Oratio Meditatio.*

Orationes nostræ sepe orationes non sunt sed sonitus Deo confusus, etsi cantica nobis videantur. pag. 148. vers. 23. & pag. 154. vers. 5.

### *Passio.*

1. Loco mercedis multorum bonorum operum quæ Christus operatus est in utilitatem Iudæorum occiderunt illum. pag. 432. vers. 12. & ad id eum emerunt triginta argenteis Quæ quanta fuerit iniuria, solus nouit Deus. pa. 433. vers. 13. & ob id

## Et verborum.

1. Lob id defuit esse eorum pastor. ibidem, & 434. 15. 16.
2. In die iudicij plangent in primis qui Christi mortis autores fuerunt 442. 12.
3. In admirationem rapit cōsideratio passionis Christi. 446. 6.
4. Passus est Christus quia Pater ita ordinavit ad salutem hominum. pag. 447. vers. 7.
5. In passione desertus est Christus à suis ibidem.

## Peccator.

1. Peccatores quidam palàm gloriantur se peccatores esse, 10. 2.
2. Aduersa fortuna cōverti solent ad Deū. 11. 6. 7. & 34. 1.
3. Peccatoribus creaturæ seruietes, grauantur. 12. 9.
4. Peccatores omnes stulti sunt, 12. 10. & 22. 6.
5. Peccatorum miseria commoueri solet Deus misericors, vt eos dulcedine spiritali quasi deceptos ad se trahat. 13. 14.
6. Quod maxime fit in solitudine. ibidem.
7. Postmodum exercet illos tribulationibus, quibus eorū spes cōfirmetur. 13. 15.

Et

## *Index rerum,*

- 6 Et vt verba ibi posita intelligantur, ad-  
uerte *Achor* significare turbationem, &  
ided vallis illa hoc nomen habet, quia  
ibi Achan furto suo populum Dei in  
maximam turbationem coniecit Iosue  
7. Sed hæc turbatio in gaudū versa est  
Iosue 8. Ita solent peccatori turbatio-  
nes in bonum verti.
- 6 Peccatorem conuersum restituit Deus  
in gradum pristinum gratiæ ac merito-  
rum. 14. 15. & 16. & bonorum tempora-  
lium. 14. 18. & sequentib.
- 7 Neminem quantumuis obduratum de-  
serit Deus, sed omnes ad se vocat. 16. 1.
- 8 Peccatores quidam frustra reprehendū-  
tur: nec enim est vlla spes proficiendi.  
pag. 21. vers. 4.
- 9 Non saturantur peccatis; hæc enim sunt  
cibi, nutrimenti exigui. Secus bonis ac-  
cidit. 23. 10.
- 10 Peccatores quosdam permittit Deus  
permanere in peccatis suis. 23. 10. & 29.  
4. & 30. 6.
- 11 Vt eos conuertat, omnia tentat Deus.  
pag. 35. vers. 4.
- 12 Peccatores punit nonnunquam Deus  
supplicijs manifestis, & exemplaribus.  
pag. 36. vers. 5.

## Et verborum.

- 13 Cùm peccatoris Deus miseretur, eumq;  
conuertit, magis delectatur, quàm cùm  
ei offeruntur sacrificia. 36. 6.
- 14 Cùm Deus sanare incipit peccatorem  
aliquē, Diabolus solet interponere ali-  
quem qui sanitatem impediat. 40. 1. idq;  
primùm facit clam, deinde facit palam.  
41. 6.
- 15 Peccatores iam ætate senes, miserabili-  
ores sunt. 42. 9.
- 16 Peccatores sunt sicut columbæ seductæ,  
quæ ad tecta illius, qui rapuit eius pul-  
los, sine ira ac dolore reuertitur. 42. 11.
- 17 Peccatorum cætica vlulatus sunt, idest,  
eorū voluptates plenæ sunt doloribus.  
43. vers. 14.
- 18 Cùm premuntur laboribus, non qua-  
runt remedium à Deo, sed tantum eju-  
lant muliebriter & tãquam iumenta de  
temporalibus bonis solliciti sunt. 43. 14.
- 19 Quò maioribus tēporalibus bonis abū-  
dant, eò solent plura peccata committe-  
re. 60. 1. 81. 6.
- 20 Ideò non Deum, sed bona temporalia  
quærunt, quoniam amāt præsentia em-  
luméta. 63. 11. & futura nihil curât. 83. 3.
- 21 Peccator nō sinat elabi occasiones, quæ  
se se offerēt illi multæ quæredī Dñm. 64. 12.

## *Index rerum,*

- 22 Suis peccatis prouocat Deū ad magna  
& præsentia supplicia, sed Deus à mise-  
ricordia sua reuocatur. 69. 8. 9.
- 23 Quidā Deū se colere velle videtur, qui  
tamē cultus nō est, sed negatio. vt acci-  
dit frequēter inter sacrorū solēnia. 71. 12
- 24 Omnium etiam iniquissimorum salutē  
optat, & procurat Deus. 76. 9. idque mil-  
le modis. 77. 10.
- 25 Pro beneficijs à Deo receptis ad amari-  
tudinem animi & dolorem ipsum exci-  
tamus. 78. 12. reuisis præcedentibus.
- 26 Peccamus sæpe quoniam tinemus con-  
tradidere maioribus prouocantibus nos  
ad peccandum. 80. 12.
- 27 Dum quis peccator est, nullum bonum  
habet quod offerre possit Deo conferēs  
ad gratiam protinus consequendam, aut  
post modum gloriam. 86. 3.
- 28 Peccatores cum stultissimi sint, tene-  
bras ipsas adorant tanquam stellas splen-  
didas. 150. 26.
- 29 Eo vsque quidam processere, vt ne no-  
men Dei audire velint. 156. 11.
- 30 Peccatum est quoddam quasi mon-  
strum. 157. 13.
- 31 Peccatores etiam curæ sunt Deo, mise-  
returque omnium. pag. 190. vers. 2.

## Es verborum.

- 32 Dolet Deus homines (quinimo etiam & ipsa iumēta perire) quos ipse creauit, redemit, &c. 200. 11. maximè quando sunt ignorantiores. ibidem.
- 33 Priores scelere, priores debent esse supplicio. 203. 1.
- 34 Putāt Deū nonnunquā longè abesse ab ipsis puniēdis quādo tamē pp̄e est. 204. 3.
- 35 Peccatores quantumcunque excelsos conterit Deus, quin possit ei quidquam resistere. 204. 3. 4.
- 36 Cubilia ad quiescendum data, stupris polluunt, & quidquid iniquitatis, nocte tractant, statim, vt dies claruerit, festinant implere. 211. 1.
- 37 Peccātes fragrāti delicto, solet Deus excitare spe veniæ ac gloriæ. 214. 12. 13. qui meritò reprehēdentur quoniā tantarum promissionum spe non reuersi sunt ad Deum. 231. 1.
- 38 Peccatorū infinitus est numerus. 237. 9.
- 39 Christiani multi adeò impij sunt, vt moribus imitētur homines infideles. 239. 16
- 40 Pati deberent æquo animo supplicia Dei, siquidem ea meruerunt. 245. 9.
- 41 Tremat qui exultat in peccatis. 310. 7.
- 42 Christi virtute ex peccatorū lacu educimur. 412. 11.

# Index rerum,

## Peccatum.

- 1 Peccata solent esse causa cur destituamur Verbo Dei, prophetijs, & gatijs, 5. 8. & 10. 2. & 22. 6. & sacramentis. 12. 11. 14. & bonis etiam temporalibus. 12. 12. 13. & 21. 3. 5. & 22. 7. & 29. 5. & 31. 11. & sequentibus, & 62. 7. & 81. 7. 8. & 82. 11. & 94. & 110. 2. 131. 6. & 138. 6. & sequentibus, & 156. 12. & 214. 10. & 238. 14. & tamen peccatores saepe non aduertunt eas esse peccatorum suorum poenas. 42. 9.
- 2 Peccata sunt quasi vinatia vuarum, id est, res inutiles. 16. 1.
- 3 Abundant, imo inundant. 20. 1. 2.
- 4 Dementant hominem. 23. 11.
- 5 Exiccant quodammodo misericordiam Dei. 35. 4.
- 6 Eradicanda sunt, si velimus, vt non iterum pullulent. 64. 12. & 86. 3.
- 7 Dum non tolluntur, multiplicantur, pag. 65. vers. 13.
- 8 Non ferunt fructum speratum. pag. 65. vers. 13.
- 9 Nullius sunt momenti. 211. 1.
- 10 Diligenter in memoria Dei seruantur, vt poenas sumat de eis. 81. 12. Si tamen  
ad

## Et verborum.

- ad ipsum conuertantur, placatur & mutat sententiam. 102. 13. reuifis præcedentibus.
- 11 Peccata quando tota tanta sunt, vt solitum numerum excedant, non differt Deus vindictam. 120. 3. & 146. 12.
- 12 Eo sunt grauiora, quò is, qui peccat, receperat à Deo maiora beneficia. 126. 4.
- 13 Ob amaritudinem comparantur absynthio. 145. 7. & 157. 13.
- 14 Peccata omissionis conferuntur agricolæ terram non exercenti. 145. 7.
- 15 Ita crescere solent, vt, etsi misericors Deus sit, iam dissimulare nequeat, quin puniat. 190. 2. Quod facit etiã per creaturas inanimatas, quæ tamen cessant à puniendo peccatore, cù ille cessat à peccatis. 192. 15. Et 195. 11. & 197. 10. Vide de hac re plura verbo, *Obedientia*. 2.
- 16 Peccata foris bona esse videntur, nihil verò solidi gaudij in se habent, 195. 9. Et tamen quidam ea multùm diligunt, & quasi rem pretiosam seruant. 195. 9.
- 17 Deus ostendit potentiam suam puniendo peccata, quæ latere videbantur. 204. 3. Et nisi resipiscamus, pergit, & punit acriùs. 238. 13.
- 18 Punit Deus peccata per hostes nostros,

## *Index rerum,*

- tanquam per ministros iræ suæ. 261. per  
multa, idest, per totum caput 2. Nahum,  
& fere per 3.
- 19 Peccata ad eò magnum malum sunt, vt  
videatur fuisse causa incarnationis dif-  
ferendæ. 294. 1. 2.
- 20 Peccatorū numerum certum Deus præ-  
stituere solet, vt cū ad eum ventū fue-  
rit, supplicium sumat. 381. 6. & sequentib.
- 21 Cū scriptura vniuersè omnia peccata  
reprehendit, ea tamen solet exprimere,  
quæ tunc temporis sunt vsitatiora in  
populo. 487. 5.
- 22 Misericordia Domini non sæpe consu-  
mimur ob peccata nostra. 488. 6.
- 23 Peccatis nostris Deum cruciamus. pag.  
489. vers. 8.

## *Pœnitentia.*

- 1 Pœnitentia placandus est Deus. 100. 1.  
& sequentibus.
- 2 Pœnitentiæ tempore etiā iustis volu-  
ptatibus supersedendum est. 103. 16.
- 3 Pœnitentiā etiā ea, quæ in iumentis  
esse potest, placatur Deus. 200. 11.
- 4 Pœnitentes redeuntes citò ad peccata,  
grauiter Deus punire solet. 207. 12. re-  
uicis præcedentibus, & Deum ad ama-  
ritudi-

*Et verborum.*

4. Virtutinem prouocant. *ibidem.*
- 5 Considerantes, tanquam exēplar aliquē  
cōuersum, & Dei beneficia agnoscentē,  
vt Paulū, aut Magdalenā; discemus, quo  
modo demereri Deū possimus. 36. 6.
- 6 Hanc virtutem à peccatore primā om-  
nium requirit Deus. 37. 8.
- 7 Comminatione malorum imminētium  
mouere nos vult Deus ad pœnitentiam  
etsi ea motione indignos. 38. 1. 2. Væ  
ijs qui ea comminatione non mouentur  
pag. 327. vers. 1. & 2.
- 8 Multitudine peccatorum cōmissorum  
commoueri debemus ad pœnitentiam.  
pag. 328. vers. 5.
- 9 Exemplo suppliciorum, quibus Deus  
alios peccatores puniuit, nititur moue-  
re nos ad pœnitentiam. 328. 6. 7. quibus  
tamen sæpe nihil commouemur. 329. 7.  
quo fit, vt in maximas calamitates inci-  
damus. 8.
- 10 Nisi pœnitētiam egerimus, peribimus;  
vt & alij multi periere, qui non egerunt  
pœnitentiam. 34. 2. 3. 5.
- 11 Ad eos qui per pœnitentiam ad Deum  
reuertuntur, protinus reuertitur ipse  
Deus. 48. 7.
- 12 Putamus nonnunquā pœnitētiam nos nō  
egere,

## *Index rerum,*

egere, cum tamen maxime omnium egeamus. 489. 7.

13 Pœnitentibus tribuit Deus bona etiam temporalia. 489. 10.

14 Ut perseveret pœnitens in gratia, curet longissimè abesse ab his quæ ad peccandum, eum allicere solebant. 14. 7.

15 Verbis confessionis nostrorum peccatorum consequimur eorum remissionem à Deo, 86. 2. imò & sine verbis ut Magdalena. At opera etiam necessaria sunt. pag. 86. vers. 3.

### *Pralatus.*

Malis peior prælatus præesse diuino furore decernitur. 82. 11.

### *Roma.*

Vocatur in Scriptura Ierusalem. 487. 4.

### *Reprehendo.*

Reprehendendi leniter sunt peccatores, quando tristitia dolore ve aliquo nimis grauantur. 199. 4.

*Resur-*

## Et verborum.

### Resurrectio.

- 1 Resurgens Christus ius nobis tribuit ad resurrectionem. 34. 3.
- 2 Pro peccatis punimur morte temporali; sed propter Christum liberamur ab æterna; resurgemus enim in vitã æternam si simus eius viua membra. 83. 14. Christus post resurrectionem diripuit thesaurum, id est, animas sanctorũ, quæ in thesauro siue receptaculo inferni tenebãtur. 84. 15. & 412. 11. 12.
- 4 Post resurrectionem Christus iterum ad se vocavit discipulos suos, qui eum propter pusillanimitatem deseruerant. pag. 447. vers. 7.

### Sacerdos.

Vide verbo, *Doctor.*

- 1 Sacerdotes sæpe peccata dissimulant propter suam ipsorum vtilitatem temporalem. 22. 8. & 28. 2.
- 2 Sæpe plus nocent malo suo exemplo, quàm profint officio. 28. 1.
- 3 Sacerdotes in Scriptura vocãtur *aurum*, cùm reliqua Ecclesia vocetur *argentum*. pag. 486. vers. 3

## *Index rerum,*

- 4 Quàm castè ac sanctè ministrare debeât. ibidem.
- 5 Nullum fere officium in Ecclesia gratis velle facere sacerdotes quòsdam, minoris sanctitatis argumentum est. pag. 468. vers. 10.
- 6 Sacerdotes esse debent, vt arca testamenti, in qua erat lex. 476. 7.
- 7 Sacerdotum noui testamenti figura fuerunt filij Leui. 486. 3.
- 8 Purgatissimos eos reddere potest gratia noui testamenti. Ibidem.
- 9 Sacerdotio indigni sunt ignorâtes. pag. 22. vers. 6.

## *Sacramenta.*

- 1 Sacramenta septem, sunt septem in fano-  
ria lucernis, id est, iustis. 373. 2.
- 2 Vim suam habent à Christo. 377. 12.

## *Sancti.*

- 1 Nonnunquam eis Deus dat tépora otij,  
& lætitiæ etiam corporeæ 68. 4.
- 2 Pauci sunt. 137. 9. & 243. 1.
- 3 Deus sinit sanctos pati (quoniam diligit  
eos) vt ex malis sibi coronas comparent.  
pag. 331. vers. 16.

## *Et verborum.*

- 4 Dicantur lucernæ, quoniam ad imitationem Christi lucent in Ecclesia. pag. 373. vers. 2.
- 5 Sancti, cū videant se præ alijs dilectos, quantum debeant Deo. 464. 2. 3.

## *Sicne.*

In Scriptura nonnunquam significat non æqualitatem, sed correspondentiam.  
487. 4.

## *Spes.*

- 1 Spē suam in Deo non collocans, frustra laborat. 73. 1. imò labore suo morbos & calamitates, & mortem suam quærit. 74. 1. quo experimento persuasi, iam deinceps in solo Deo speremus. pag. 87. vers. 4.
- 2 Sperant iusti se à Deo liberâdos ex quibus suis periculis. 245. 7.

## *Superbi.*

- 1 Nolunt cum humilibus, id est, pauperibus conuersari. 126. 7.
- 2 Ipso corporis motu ostendunt se velle honorari, 153. 1.

## *Index verum,*

- 3 Rebus omnibus suis superbiam indicat suam. pag. 155. vers. 8.

## *Templum.*

Templorum ædificatorum studiosos non Deus vult. 3; 8. 2. & sequentibus. & 346<sup>s</sup> 16. & sequentibus.

## *Ternarius.*

Ternario numero magnus numerus significatur in Scriptura, sed vsitatus tamen: At cum ei aliquid additur, significatur excessus insolitus. 121. 3.

## *Ubera.*

Voluptatem excedentem significare solent. pag. 10. vers. 2.

## *Voluptates.*

- 1 Earum excessus, & nimietas reprehenditur. 133. 15. 136. 1. & 154. 4. & sequentibus,
- 2 Earum exitus & poena. pag. 136. vers. 1. & pag. 155. vers. 7.
- 3 Deberent superfluis voluptatibus non abun-

## *Et verborum.*

abundare, aut delicijs seruire, qui viuunt in Ecclesia vbi Deus colitur, & tot pauperes sunt quibus Deus benefacere præcipit. 153. 1. & 155. 6.

- 4 Carnales quia vident aliquando spirituales viros necessitate corporis coactos nõ nihil sibi indulgere in gloriam Dei, putant se posse voluptati seruire. 154. 5. 6.

## *Votum.*

Et si erant quidam defectus tolerabiles in hostijs voluntariè oblati non tamen in his, quæ offerebantur ex voto. 470. 14.

¶¶¶

IN.

# INDEX IN EVANGELIA

tam de Tempore quam  
de Sanctis.

## *Dominica. I. Adventus.*



Abes multa huic Euangelio  
accōmodatissima in indice rerū  
verbo *iudicium*, quæ frustra  
hoc loco repeterentur.

## *Dominica. II. Adventus ex Matthæi cap. II.*

Versus. 2. *Cum audisset in vinculis, &c.* Vide in  
indice rerum verbo *Doctores. 1.*

Versus. 3. *Tu es qui venturus es,* Vide in indi-  
ce rerum verbo *Christus.*

Versu. 8. *Quid existijs in desertum videre, &c.*  
Circa quæ verba poterit aptè conciona-  
tor peccatores ad pœnitentiam excita-  
re. De qua in indice rerū verbo *peniten-  
tia* habentur permulta; & nonnihil ver-  
bo *ieiunium.*

Ver-

## De tempore.

Verfu. 10. *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.*  
Vide in indice rerum verbo *Angelus* &  
verbo *Ioannes Baptista*.

### *Dominica. III. Aduentus ex Ioannis. I.*

Verfu. 20. *Confessus est & non negauit & confes-  
sus est.* Repetitione vti solet Scriptura &  
verbis pluribus ad idem significandum.  
Vide in indice regularū scripturæ, regu-  
la. 4. & 5.

Ibidem *non sum ego Christus, Ioānes Baptista*  
Christus quidem minime erat, at erat  
Christo simillimus. Ad quam rem con-  
firmandam consule indicem rerum ver-  
bo *Angelus*, verbo *Christus*, & Verbo *Ioan-  
nes Baptista*.

Verfu. 17. *Ante me factus est* vide in indice  
rerum verbo *Christus*.

### *Dominica 4. Aduentus ex Luca. 3*

Verfu. 3. *Predicans Baptismum penitentiae* vide  
indicem rerum in verbis *Peccator*, *Pecca-  
tum*, *Penitentia*, *Doctor*.

### *In Natiuitate Domini.*

Opus hoc Natiuitatis Christi magnum  
fuit, & reuerētia ac admiratione dignis-  
simum.

## *Index in Euangelia,*

simum. 294.2. & sequentibus, & efficax ad omnes permouendos ad sanctitatem & foecundandos, vt imber foecundat terram. 345.7.8 & 349.22.23.

Magna huius diei gloria est. 485.2.

Intellectui incomprehensibilis est bonitas, qua Deus homo fieri, & cum hominibus conuersari sustinuit. *ibidem.*

Incarnationis, & Natiuitatis Domini differenda peccata videntur causa fuisse. 294.12.

Circa hoc mysterium consule praeterea indicem rerum verbo *christus.*

Versu. 7. *Non erat ei locus in diuersorio.* Si quid dicendum sit de misericordia in pauperes vide indicem rerum, verbo *Misericordia.*

Versus 9. *Angelus Domini stetit iuxta illos* consule indicem rerum verbo *Angelus.*

### *In festo Sancti Stephani.*

Consule indicem rerum in verbis *Doctor sacerdos, spes & verbo sancti.*

### *In festo S. Ioannis Euangelistae.*

Consule indicem rerum verbo *Apostolus Doctor, sacerdos.*

In

*De tempore.*

*In festo Sanctorum Innocentium  
Matthai. 2.*

Versu. 13. *Ecce*, Hæc particula in Scriptura magnum indicare solet esse quod sequitur & attentione dignum. 448. 1.

Ibidem *Angelus Domini*. Vide in indice rerum Verbo *Angelus*.

Ibidem *fuge in Ægyptum*. Cur Deus finat sanctos. pati. 332. 16.

Versu. 14. *Consurgens accepit puerum & matrem eius nocte &c.* De hac Ioseph obedientia si agendum sit, vide in indice rerum verbo *Obedientia*.

*In festo sancti Thomae. Ioannis. 10.*

Habes multa huic festo accommodatissima in indice rerum verbo *Doctor*.

*Dominica infra octavam Natiuitatis. Luca. 2.*

Versu. 35. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*, vide indicem rerum verbo *Sancti*. 3.

Versu. 36. *Processerat in diebus multis*. Contra peccatores iam ætate senes vide pag. 42. versu. 9.

Versu

## *Index Evangelia,*

Verfu 37. *Non difcedebat à templo vide in indice rerum verbo oratio.*

### *In Circuncifione Domini Luce. 2.*

*Vocatum est nomen eius Iefus. Confule indicẽ rerum verbo Christus & verbo Pafio.*

*Voluit circuncidi vt obedientiã illufre hominibus præberet exemplum. Vide indicem rerum verbo Obedientia.*

### *In Epiphania Matthai. 2.*

Verfu. 1. *Venerũt Hierofolymam. Hoc Magorum iter ad Hierofolymam, allegoricẽ significauit gentium aduentum ad Romam cuius typus est Hierufalem. 487. 4. Quãdã ex his quã habes in indice rerũ verbo spes, poffent non inepte huic con- cioni accommodari.*

Verfu. 2. *Ibi est qui natus est rex Indæorum, &c. Confule indicem rerũ verbo Christus tã circa hæc, quã circa fequentia verba huius Euangelij.*

*Ibidem vidimus eius stellam, & venimus. Si agẽdũ fit de horũ Magorũ prompta obe- diẽtia vide indicẽ rerũ verbo Obedientia.*

Verfu 11. *Obtulerunt ei munera vide indicẽ re- rũ verbo Vetum & verbo Mifericordia qua- tenus hæc munera Christo, tanquam pauperi*

*De tempore,*

pauperi etiam data fuere.

*Dominica infra Epiphaniã. Luc. 2*

Verfu. 46. *Iuenerunt illum in templo, &c.* Quatenus Christus tunc temporis cœpit gerere munus Apostoli, & Doctoris, vide rerum indicem verbo *Apostolus & Doctor.* Verfu. 51. *Erat subditus illis.* Vide in indice rerum verbo, *Obedientia.*

*Dominica. 2. Iohannis. 2.*

Verfu. 1. *Nuptie facte sunt, &c.* De contrahendo matrimonio expectata diuina voluntate, non voluptate aut gloria mūdana, vide indicem rerum verbo, *Obedientia.*

*Dominica. III. Matthai. 8.*

Si leprosus hic & hic paralyticus dicatur esse typus peccatoris veniã suorum peccatorum procurantis media pœnitentiã, habes multa verbo *Pœnitentiã* in indice rerum, quæ facillè huic Euangelio accommodari possunt.

*Dominica. IIII. Matthai. 8.*

Verfu. 23. *Ascendente Christo in nauiculã, &c.* ecce motus factus est in mari, &c. Tractari hoc loco posset de sanctorum afflictionibus, de qua re in indice rerum verbo *Sancti.* Verfu.

## *Index in Euangelia,*

**Verfu. 26.** *Quid timidi estis modicæ fidei? Omnia quæ habes in indice rerum verbo Spes in hanc rem conueniunt.*

### *Quinquagesima. Luca. 18.*

**Verfu. 41.** *Quid tibi vis faciam? Domine vt videã, respice, &c. Quàm facile obtineat peccator à Deo remissionem peccatorum, Vide verbo Penitentia in indice rerum.*

### *Quadragesima.*

**Feria. 4.** *cinerum Matthæi. 6. & de Ecclesiastica ceremonia cineris, Memento homo quia puluis es, &c. Vide verbo Mors in indice rerum.*

**Verfu. 17.** *Cum ieiunas unge caput tuum, &c. Vide verbo Ieiunium in indice rerum.*

**Feria. 2. Dominicæ. 1.** *consule indicem rerum verbo Iudicium,*

**Feri. 3. versu. 3.** *Domus mea domus orationis, Vide indicem rerum verbo Oratio.*

**Feria. 6. versu. 3.** *Iacebat multitudo languentium, &c. Qui typus erant hominum peccatorum, Consule indicem rerum verbo Peccator & peccatum.*

**Verfu. 4.** *Angelus descendebat. Vide verbo Angelus in indice rerum.*

**Mouebatur aqua,** *quæ gratiæ Dei remittentis peccata typus fuit ob facilitatem medi-  
diorum*

## De tempore.

diorum, quibus Deus remittit illa. Vide  
in verbo, *Pœnitentia* in indice rerum.

*Dominica 2. Feria 2. Ioannis 8. vers. 21. In pec-  
cato vestro moriemini* Vide indicem rerum  
in verbo *Mors, Peccator, & Peccatum.*

*Feria 3. Matthæi 23. vers. 2. Super cathedram  
Moyfi sederunt scribe & Pharisei. Malis pe-  
ior prælatus præesse diuino furore de-  
cernitur. 82. 11.*

*Secundum opera eorum nolite facere. Exempli  
mali, autores Scriptura homicidas appel-  
lat, & eos breui punit Deus. 4. 4.*

*Feria. 4. versu. 21. Dic vt sedeant hi duo filij  
mei, &c. vide indicem rerum verbo Su-  
perbi.*

*Feria. 5. De diuite avaro, Habes multa in in-  
dice rerum verbo *Diuites, & Diuitie.**

*Versu. 22. Factum est vt moreretur Mendicus, &c.  
mortuus est autem & diues. Vide in indice re-  
rum verbo *Mors.**

*Sepultus est in inferno vide in indice rerum  
in verbo *Infernus.**

*Versu. 30. Pœnitentiam agent. Vide in indi-  
ce rerum verbo *Pœnitentia.**

*Feria. 6. Matthæi. 21. versu. 33. Plantauit vineam,  
Id est Ecclesiã. Habes multa de hac re in  
indice rerum verbo *Ecclesia.**

*Sabbato Luce. 15. vide in indice rerum ver-*

## *Index in Euangelia,*

bo *Diues. & Diuitia Peccator & Peccatum.*  
Versu. 18. cum sequentibus. In indice reru  
verbo *Pœnitentia* multa sunt his quæ hîc  
dicuntur accommodatissima.

Versu. 23. *Manducemus & epulemur.* Hoc con  
uiuium typus est Eucharistiæ, de qua ha  
bes nonnulla in indice rerum verbo  
*Eucharistia.*

Dominica. 3. Lucæ. 11. versu. 14. *Illud erat  
mutum.* Typus est peccatoris nolentis  
accedere ad sacramentum pœnitentiæ.  
Vide indicem rerum verbo *Peccator, Pec  
catum, Pœnitentia.*

Feria. 4. De Paralytico, qui est typus pecca  
toris pœnitentis, consule eadem verba,  
quæ in præcedenti Dominica.

Sabbatho Ioannis. 8. Versu. 11. *Nec ego te cõdem  
nabo, vade in pace.* Quam facile Christus  
peccata remittat vide in indice rerum  
verbo pœnitentia, & verbo *Reprehen  
dere.*

Dominica. 4. Feria. 6. Ioannis. 11. Poterût huic  
Euâgelio accommodari quædam ex his  
quæ habes verbo *Peccator*, cuius typus  
fuit Lazarus, & verbo, *Peccatũ*, cuius ty  
pus fuit Mors, & sepulchrũ fœtidũ La  
zari; & quædam ex his quæ habes verbo  
*Mors*, & verbo *Resurrectio.*

*Feria*

## De tempore.

*Feria 5. Luca. 7. De Magdalena peccatrice*  
cōsule indicē rerum in verbis *Christus,*  
*Doctor & Doctrina Evangelica Ecclesia, Pec-*  
*catum, Penitentia.* Vnde non pauca desu-  
mi poterunt ad rem huius Evangelij.

*Feria 6. Ioānis 11. Vers. 5. Expedi ut vnus mo-*  
*riatur.* Vide indicem rerum verbo *Passio,*  
& verbo *Mors,* numero. 2. & vltimo.

*Sabbato Ioannis 11. Versu. 19. Ecce mundus to-*  
*tus post eum abit.* Vide indicem rerum ver-  
bo, *Doctor, & Doctrina Euāgelica.* versu. 35.  
*Ambulate dum lucem habetis.* vide verbo  
*Penitentia,* in indice rerum.

*Feria 6. de Passione Domini.* Vide indicē rerū  
verbo, *Passio.*

*Dominica Resurrectionis.* Vide in indice rerū  
verbo, *Resurrectio.*

*In Ascensione.* Vide in indice rerum verbo,  
*Christus,* num. 10, 12, 14.

*Dominica 1. post Pentecosten Luca 6. versu. 36.*  
*Estote misericordes.* Vide in indice rerum  
verbo, *Misericordia.*

*Dominica 15. Luca. 7. Si agendum sit de mor-*  
*te.* Vide in indice rerum Verbo, *Mors.*

*Dominica 24. de Antichristo.* Habes multa in  
indice rerum verbo, *Antichristus.*

*Communia Sanctorum,*

*Commune Sanctorum.*

Vide verbo, *sancti* in indice rerum.

*Commune Apostolorum, Euangelistarum, Doctorum, & Pontificum.*

Vide in indice rerum verbo, *Apostolus, Doctor, sacerdos.*

*Commune Martyrum.*

Vide in indice rerum verbo, *Mors, & verbo, Sancti.*

*Propria Sanctorum.*

Ad hæc desumi possunt multa ex his quæ diximus cõmunia esse sanctis, sed quædam præterea occurrunt specialiora.

*In conuersione Diui Pauli.*

Initio suæ conuersionis profectus est in *Arabiam.* 187. 19.

## *Propria Sanctorum.*

In id *Domine quid me vis facere.* Paulum non imitantur, qui sunt quasi arcus dolosus qui aliô mittit sagittam, quam velit sagittarius 44.16.

### *Incarnationis sue Annunciationis festum.*

Vide supra in hoc indice verbo, *Natiuitas.* In ea verba, *Ecce ancilla Domini,* si agendû sit de humilitate. Vide quædam in indice rerum verbo, *Humilitas.*

### *In festo Sanctorum Petri, & Pauli. In id.*

*Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* habes multa de hac re in indice rerum verbo, *Ecclesia.*

### *Sancti Michaelis dedicatio.*

Habes multa verbo, *angelus,* & de ipso Michael. Vide pag. 356. vers. 8.

### *In festo Sancti Francisci.*

*Discite à me quia mitis sum & humilis.* Vide in indice rerum verbo, *Humilitas.*

## *Propria Sanctorum.*

### *Festum omnium Sanctorum.*

Vide in indice rerum verbo, *Sancti*. Et omnia quæ diximus esse cõmunia Apostolorum, Doctorum, Martyrum, &c.

### *Dedicatio Templi.*

Vide indicem rerum verbo, *Templum*.

**F I N I S.**



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

1952

PROF. P. S. M. DORRIS

PHYSICS DEPARTMENT

UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILL.





I N  
 H O S E A M  
 P R O P H E T A M  
 C O M M E N T A R I I.

Caput. 1.



VERBVM Domini,  
 quod factū est ad Ho-  
 see filium Beeri in die-  
 bus Ozia, Ioatan,  
 Achaz, Ezechia regū  
 Iuda, & in diebus Iero-  
 boam filij Ioas regis Israel. 2. Princi-  
 pium loquendi Domino in Hosee: &  
 dixit Dominus ad Hosee. Vade, sume  
 tibi vxorem fornicationum, & fac fi-  
 lios fornicationum: quia fornicans for-  
 nicabi-

nicabitur terra à Domino. 3 Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium. 4 Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrael: quoniam adhuc modicū, & visitabo sanguinē Iezrael super domum Iehu, & quiescere faciam regnū domus Israel. 5 In illa die contemnam arcū Israel in valle Iezrael. 6 Et concepit adhuc, & peperit filiam & dixit ei, voca nomen eius absq; misericordia, quia non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. 7 Et domui Iuda miserebor & saluabo eos in Domino Deo suo: & nō saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. 8 Et ablactauit eam, quæ erat absque misericordia. Et concepit, & peperit filiū. 9 Et dixit: voca nomen eius, Non populus meus, quia vos non populus meus, & ego non ero vester. 10 Et erit numerus filiorū Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit: in loco vbi dicitur

tur eis, Non populus meus vos : dicitur eis, Filij Dei viuentis. 11 Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter : & ponent sibi met caput vnum, & ascendet de terra: quia magnus dies Iezrahel.

**I***n diebus Ozia.* Regnante apud Assyrios Sardanapalo; apud Latinos Proca Syluio, cui successit Æmulius, & ei Romulus. Hiero. Amos. 1. & Euse. in Chronicis. Ezechias autem regnauit. 12. anno Romuli, Hieron. Esaiæ. 1. & Euseb. in Chronicis,

*Et in diebus Hieroboam.* Ozias regnauit annis. 52. meminit igitur Regis Samariæ, & quia aduersus eum prophetauit, & vt ostendat se cœpisse prophetare initio regni Ozia, id est, in illis. 14. annis quibus regnauit Ozias regnante Hieroboam; quod intelligitur ex 4. Reg. 14. & 15. & eodem tempore prophetarunt Amos, vt patet in eius cap. 1. & Ionas. 4. Reg. 14.

**Principiū loquēdi Domino.** Id est, prius per Osee loquutus est, quā per alios. Hierony. vel cū loqui cœpit per Osee, hoc fuit eius initium.

*Sume tibi uxorem fornicationum.* Valde fornicationi deditam.

4 *In Hosea Cap. 1.*

*Filios fornicationum.* Qui matris exemplū sequuti valde etiam fornicabuntur. cap. 2. *Filiorū illius non miserebor, quia filij fornicationum sunt. &c. 4. Et cū effeminatis sacrificabunt.*

*Fornicans fornicabitur.* Valde in idolatria perseverabunt decem tribus.

3 *Et abiit.* Vide magnum exemplum obedientiæ.

4 *Adhuc modicū, & visitabo.* Breui enim puniā eos reges, qui populo meo, qui dicitur Iezrael, idest semē Dei, autores fuerunt idololatriæ malo suo exēplo & vitulos cōseruādo; & ita illos spiritualiter occiderunt, feceruntq; vt à me morte corporis afficerentur.

*Regnū domus Israel.* In Zacharia enim deficit posteritas Iehu, & post annos. 49. penitus ductæ sunt in captiuitatem decem tribus, & tunc penitus hoc impletum est.

5 *In illa die conteram.* Tunc, cum quiescere fecero regnū Israel, ita eos confringam, & debilitabo, vt resurgere, aut rebellare iam nequeant.

*In valle Iezrael.* In valle populi mei, sed illā notat, quæ est ad urbem Iezrael, quæ erat plusquam decem mille passuum. Vbi effundi cœpit sanguis idololatrarū, Iezabelis & domus Achab.

6 *Et peperit filiam.* Ut ostendat statum populi in captiuitate, qui infirmus erat, & victorum contumelijs subiectus.

*Non addam ultra.* Hierony. quia vsq; hodie Persarum regibus deseruiunt & nunquam est eorum soluta captiuitas. Excipiuntur ij, qui transferunt ad Roboam: vt patet. 2. Paral. 11. & ex Iosepho. 8. antiquit. cap. 10.

7 *Et domui Iuda miserebor.* Non enim capientur à Sennacherib, & capti à Babylo-nijs, dimittentur tandem.

*In Domino Deo.* Virtute mea ipsis nõ pugnantibus, & ita dimissi sunt à Cyro, & *in Domino*, Id est, per filium meum, vt possit ex eis nasci in Bethlehem. Chal. in verbo Domini Dei eorum.

8 *Et ablaetauit eam.* Destituentur Israelitæ verbo Dei, prophetijs, & gratijs.

*Et peperit filium.* Qui significat statum huius populi, quo tempore vires, & potentiam habebat; tunc etiam relinquetur à Deo, & cum gentibus mistus non erit populus Dei.

10 *Et erit numerus filiorum.* Etiam si Israel secundum carnem excæcetur, tamen magna multitudo erit tunc filiorum Israel secundum spiritum, credentibus nonnullis

Iudæis, & plurimis gētilibus, qui allegorice significantur per filios Israel, & per puerū Loami, & puellam Loruhamā, sed per Loami, qui statim conuersi sunt; per Loruhamā remotissimæ gentes, diuque in infidelitate mansuræ.

II *Filij Iuda.* Conuersi ex Iudæis, & filij Israel conuersi ex gentibus. Aug. 22. contra Faust. c. 89. Vide Rom. 9.

*Ascendent de terra.* Hierony. resuscitabuntur quasi ab inferis, qui mortui erāt in infidelitate, vel multiplicabuntur per orbē, vt alijs prædicent, vel ascendent de terra captiuitatis suæ, id est, desinent captiui teneri à Diabolo,

*Quia magnus dies Ixrael.* Id est, illo die prodigiosum potentia suæ Deus opus ostendet congregans filios Dei ex Iudæis, & ex gentibus,

### Caput. II.

**B** Icite fratribus vestris, Populus meus: & forori vestræ, Misericordiam consecuta. 2 Iudicate matrē vestram, iudicate, quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius; auferat for-

fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio huberum suorum: 3 Ne fortè expoliẽ eam nudam, & statuas eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinẽ, & statuas eam velut terram inuiã, & interficiam eam siti 4 Et filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt, 5 quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos; quia dixit: Vadam post amatores meos qui dāt panes mihi, & aquas meas, lanã meam & linum meum, oleũ meum & potũ meum. 6 Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eã maceria, & semitas suas non inueniet. 7 Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. 8 Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal. 9 Idcirco

conuertar, & sumam frumentum meū  
in tempore suo, & vinum meum in tē-  
pore suo, & liberabo lanam meam, &  
linum meum, quæ operiebant igno-  
ramiam eius. 10 Et nunc reuelabo stul-  
titiā eius in oculis amatorum eius:  
& vir non eruet eam de manu meā:  
11 Et cessare faciam omne gaudium  
eius: solennitatem eius, neomeniam  
eius, sabbathum eius, & omnia festa  
tempora eius. 12 Et corrumpam vi-  
neam eius, & ficum eius de quibus di-  
xit, Mercedēs hæ meæ sunt, quas dede-  
runt mihi amatores mei, & ponam  
eam in saltum, & comedet eam bestia  
agri. 13 Et visitabo super eam dies  
Baalim, quibus accendebat incensum,  
& ornabatur in aure sua, & monili  
suo, & ibat post amatores suos, &  
mei obliuiscēbatur, dicit Dominus.  
14 Propter hoc ecce ego lactabo eam,  
& ducam eam in solitudinem: & lo-  
quar ad cor eius. 15 Et dabo ei vi-  
nitores eius ex eodem loco, & Val-  
lem-Achor ad aperiendam spem: &  
canet

canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ,  
& iuxta dies ascensionis suæ de ter-  
ra Ægypti. 16 Et erit in die illa ait  
Dominus: vocabit me Vir meus, &  
non vocabit me vltra Baalim. 17 Et  
auferā nomina Baalim de ore eius &  
non recordabitur vltra nominis eo-  
rum. 18 Et percutiam cum eis fœ-  
dus in die illa cum bestia agri, & cum  
volucre cæli, & cum reptili terræ, &  
arcum & gladium, & bellū conteram  
de terra: & dormire eos faciam fidu-  
cialiter. 19 Et sponsabo te mihi in  
sempiternum: & sponsabo te mihi in  
iustitia & iudicio, & in misericordia  
& in miserationibus. 20 Et spōsabo  
te mihi in fide: & scies quia ego domi-  
nus. 21 Et erit in die illa, exaudiam,  
dicit Dominus, exaudiam cælos, & il-  
li exaudiēt terram. 22 Et terra exau-  
diet triticum, & vinum, & oleum: &  
hæc exaudiet Iezrael. 23 Et semina-  
bo eam mihi in terram, & miserebor  
eius, quæ fuit absque misericordia.  
24 Et dicam non populo meo, Popu-

lus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu.

1 **D**icite fratribus vestris. Loquitur viris duarum tribuū tunc viuētibus. Ne contemnatis decem tribus, & gentes, bene potestis eas vocare fratres, aliquando enim erunt; & miserebor eorū, cūm filius meus venerit, & Euāgeliū prædicatū erit.

2 *Iudicate matrem vestram.* Interim vos redite ad vosmetipsos, & increpate matrem vestram, ne eadem ipsa patiatur. Prædicat Synagogæ, id est, duabus tribubus calamitates quas passura est & statim foelicitatē, ab illis verbis. Propter hoc ecce ego laflabo eam quæ foelicitas completa fuit tēpore Christi, vt patet ex vltimis verbis huius cap. expositis ex Rom. 9. Pro *Iudicate.* Hebr. obiurgate.

*A facie sua:* Ita enim impudēter colit idola, vt vultu ipso ostendat.

*De medio vberum.* Id est, cum summa voluptate idola colit. Notatur in vberibus libidinosæ voluptatis excessus Prou. 7. *Inebriemur vberibus.*

3 *Expoliem eam rudam.* Id est, ne priuem eam omnibus spiritualibus bonis, quæ à me accepit.

*Secunda*

*Secundum diem natiuitatis sue.* In Ægypto enim nata est, & qualis fuerit in sua natiuitate, late docet Ezechiel cap, 16.

*Quasi solitudinem.* Vt nihil in ea maneat quod placere possit.

*Vt terram inuiam.* In qua bestix multiplicantur, id est, immania vitia. *Siti,* Penuria omnium bonorum, præsertim verbi Dei. Amos. 8.

5 *Post amatores meos.* Post Ægyptios, & Assyrios, per quorum amicitiam & mores, & idololatriam, quam imitata sum, effecta sum diues.

6 *Eccc ego sepiam viam tuam.* Multis calamitatibus te affigam, faciam vt non possis ad eos ire, nisi cum magno labore, & dolore.

*Et sepiam eam maceria.* Si hoc satis non fuerit, vt reuertaris ad me, faciam vt nullo modo exire possis, obsideberis enim à Chaldæis.

7 *Et sequetur amatores suos.* Conabitur exire, vt auxiliũ ab eis habeat in obsessioe, sed nõ poterit.

8 *Quæ fecerunt Baal.* Ex quo argento, & auro fecerunt idola Baal, id est Ioui.

9 *Idcirco conuertar.* Quia dona mea esse nõ agnouit, & illa in honorẽ Idolorum contulit,

tulit, conuertam me ad ipsam, quæ putabat me oblitum esse & auferam illi quæ de di, & tunc intelliget mea esse.

*Liberabo lanam meam*, Pro *liberabo*, Hebraicè est verbum Natfal, quod est auferre, quod contra fas ab aliquo possidebatur, vt Gen. 31. *Deus tulit substantiam patris vestri, & dedit mihi*: ita Rom. 8. *quia ipsa creatura liberabitur, &c.* grauabatur enim, & tyrannide quadã tenebatur, seruièdo malis.

*Quæ operiebant ignominiam eius*. Id est, quibus velabatur, nè nuda turpiter videretur, & ignominia ac pudore afficeretur.

10 *Stultitiam eius*: Magnitudine supplicij ostendam, quàm stulta fuerit recedendo à me, à quo tãta bona habebat, & quàm peccatrix fuerit. 2. Reg. 13. *Noli frater mi, noli facere stultitiam hanc, &c.*

11 *Omne gaudium eius*. Cum ab inimicis Babylonijs capietur, *Solemnitatem eius* Hier. Paschæ, Pentecostes, Tabernaculorum.

*Nepomeniam*. Calendas. num. 28.

12 *Festã tempora*. Cæteras solennitates.

*Corrumpã*. Non solum prouentibus agrorum; sed ipsis etiam agris priuabuntur vastantibus omnia hostibus.

*Ponam ea*. Ita legendum ex Hebræo, & Græco, id est, vineam, & ficum, & cætera huius-

huiusmodi. Corrupte legitur, *eam*.

13 *Bestia agri*. Hostilis exercitus.

*Dies Baalim*. Purgara los peccados que hizo entonces.

*In aure sua*. Vt Christiani se ornant in festis Sanctorum.

14 *Propter hoc*, Id est, misertus tantæ calamitatis.

*Lactabo eam*. Dulcibus Euâgelij verbis, & promissionibus eam pelliciam, vt læta veniat ad labores, & persecutiones relictis omnibus, vt venire solêt, qui decipiuntur.

*Ducam eam in solitudinem*. Segregabo eam ab amatoribus, & ab omnibus, quæ persuasioni meæ obstare poterunt. Faciam vt ex corde suo eiciat omnes affectus rerum temporalium, quasi iam inter eas non viveret,

*Et loquar ad cor eius*, id est, verba blanda, & consolatoria loquar ei. Ita Esaiæ 40. Et Genes. 34. *Tristemque delinuit blanditijs*. in Hebr. locutus est ad cor adolescentulæ.

15 *Vinitores eius*. Ex gente sua dabo ei custodes, & Magistros, Apostolos, & Apostolicos viros.

*Et vallem Achor ad aperiendâ spem*. Tribulationibus quandoque exercebitur, quibus eius spes multum confirmabitur.

14 *In Hosea Cap. II.*

*Iuxta dies iuuentutis sue.* Vt cecinit gratias Deo agens, cum egressa est ex Ægypto. Exod. 15. *Cantemus Domino.*

16 *Vocabit me vir meus.* Vocabulo amoris vtetur in me nō timoris, vel (iuxta Hiero.) non me vocabit Baali, ne dum aliud loquitur, alterius recordetur, & virum vocans, idolum cogitet.

17 *Et auferam nomina Baalim.* Tam longe aberit à colendis idolis, vt ea ne nominet quidem.

18 *Percutiam eis fœdus.* Faciã vt bestix agri eis non noceant, id est, tyranni.

*Cum volucre cali,* id est, cum superbis. *Cum repili,* id est, cum eorum ministris. Venient enim omnes ad Euangelium Esa. 11. *Habitabit lupus cum agno, &c.*

19 *Et arcum & gladium,* id est, summa pax erit concurrentibus omnibus ad Euangelium. Esa. 2.

*Et sponsabo te mihi.* Fœdere in æternum duraturo, non vt synagogam. Sponsam dicit propter ardentiorē amorem.

*In iustitia, &c.* Has tibi arras in desponatione præbebo, vt sis iusta erga Deum, & erga proximos, hoc vocat *iudiciū*, & per *miseri cordiam* de aliorum malis doleas, & per *miserationes* ei subuenias.

20 *In fide.* Non per opera legis, sed per fidem Christi.

21 *Exaudiam celos.* Faciam quod cœli volunt, vt, scilicet imbrem in terram mittât, & quod vult terra, id est, vt imbrem capiat, & vt tritici, & olei, & vini sit copia.

22 *Exaudient Ixrael.* Facient quod vult populus Dei, id est implebunt eum bonis.

23 *Et seminabo eã mihi.* Spargam hanc Synagogam, iam factam ecclesiam meam, per orbem, vt vbiq; prædicet & manifestet gloriã meã, quod dicit propter Apostolos, &c.

Caput III.



**D**T dixit Dñs ad me, Adhuc vade, dilige mulierẽ dilectam amico & aduiteram sicut diligit Dominus filios Israel: & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. 2 Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. 3 Et dixit ad eam, Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te. 4 Quia dies multos sedebunt filij

filij Israel sine rege, & sine principe,  
 & sine sacrificio, & sine altari, & sine  
 ephod, & sine theraphim, 5 & post  
 hæc reuertentur filij Israel, & querent  
 Dominum Deum suum, & Dauid re-  
 gem suum, & pauebunt ad Dominū,  
 & ad bonum eius nouissimo dierum.

1 **A** *Dhuc vade.* De vniuersis tribubus,  
 sed præsertim de ducibus loqui-  
 tur. Monetque vt resipiscant, & prædicat  
 earum excæcationem. *Dilectam amico adul-  
 teram.*

*Sicut diligit Dominus filios Israel.* Vniuer-  
 forum enim salutem optat, licet iratus esse  
 videatur.

*Ad Deos alienos.* De suo tempore loqui-  
 tur, post Christi enim aduētum idola non  
 coluerunt.

*Vinacia vuarum.* Hierony. res inutiles, &  
 somnia traditionum hominum. Vel amif-  
 sa gratia aridi sunt. Idem.

2 *Et fodi eam mihi:* Mancipavi eā mihi, vt  
 mea esset.

*Quindecim argenteis.* Hieron. adulteræ pre-  
 tium est, non vt cum Propheta dormiat,  
 sed vt contēta mercede sua adulterari de-  
 sistat,

sistat. Per *corū*, qui habet triginta modios & semicorum intelligit legem; quam populus accepit quadragesima quinta die, ex quo egressus est de Ægypto; per *quindecim* autē *argenteos*, egressionem ipsam: quæ fuit decima quinta die mensis Nisan. His enim beneficijs, quasi mercede, est in Dei seruitutem conductus, ex Hier.

3 *Dies multos expectabis me.* Hier. id est, nec alijs amatoribus turpiter te prostitues, nec mihi viro à quo conducta es, legitimè coniūgeris. Ac ne putes tibi iniuriam fieri, *Et ego expectabo te, &c.* Expectat igitur Deus futuram in mundi fine conuersionem Iudæorum; & illi interea sine Deo, & sine idolis viuunt.

4 *Dies multos sedebunt:* more viduarū, atq; mærentium excæcati, *sine Ephod*, quæ vestis sacerdotalis est, id est, sine sacerdotio. Hiero. ad Marcellam, epistolare, &c.

*Sine theraphim.* Theraphim vocat idola, aut vt hic, & in epistola citata exponit Hierony. cælaturas templi, vestiumq; sacerdotalium.

5 *Et pariebant ad Dominum:* magna reuerentia Christum colent.

*Et ad bonum eius,* ad beneficia magna quæ per Christum à Deo accipient.

## Caput. IIII.



1 Vidite verbū Domini filij  
 Israel, quia iudicium Do-  
 mino cum habitatoribus  
 terræ: nō est enim veritas,  
 & nō est misericordia, & nō est sciētia  
 Dei in terra. 2 Maledictū & mendaciū  
 & homicidiū & furtū & adulteriū inū  
 dauerunt, & sanguis sanguinē tetigit.  
 3 Propter hoc lugebit terra, & infirma  
 bitur omnis qui habitat in ea, in bestia  
 agrī, & in volucre cœli: sed & pisces  
 maris congregabūtur. 4 Verūtamen  
 vnusquisq; nō iudicet: & nō arguatur  
 vir: populus enim tuus sicut hi qui  
 contradicunt Sacerdoti. 5 Et cor-  
 rues hodie, & corruet etiam propheta  
 tecum: nocte tacere feci matrem tuā.  
 6 Conticuit populus meus, eo quòd  
 non habuerit sciētiam: quia tu scien-  
 tiam repulisti, repellam te, ne sacerdo-  
 tio fungaris mihi: & oblita es legis  
 Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum &  
 ego. 7 Secundum multitudinem eorū  
 sic

fic peccauerunt mihi: gloriam eorum  
in ignominiam commutabo. 8 Pecca-  
ta populi mei comedent, & ad iniqui-  
tatem eorum subleuabunt animas eo-  
rum. 9 Et erit sicut populus, sic sacer-  
dos: & visitabo super eum vias eius,  
& cogitationes eius reddam ei. 10. Et  
comedent & non saturabuntur: for-  
nicati sunt, & non cessauerunt, quo-  
niam Dominum dereliquerunt in nõ  
custodiendo. 11 Fornicatio & vinũ, &  
ebrietas auferunt cor. 12 Populus  
meus in ligno suo interrogauit, & ba-  
culus eius annũtiauit ei: spiritus enim  
fornicationum decepit eos, & forni-  
cati sunt à Deo suo. 13 Super capita  
montium sacrificabant, & super col-  
les accēdebant thymiama: subtus quer-  
cum & populum & terebīnthum, quia  
bona erat vmbra eius: ideò fornicabū-  
tur filix vestræ & sponsæ vestræ adul-  
teræ erunt. 14 Non visitabo super fi-  
lias vestras, cum fuerint fornicatæ, &  
super sponas vestras cum adulteraue-  
rint: quoniã ipsi cum meretricibus cõ-

uersabantur, & cum effœminatis sacrificabant, & populus non intelligens, vapulabit. 15 Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Beth-áuen, neq; iuraueritis, Viuit Dominus. 16 Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nũc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine. 17 Particeps idolorum Ephraim dimitte eum. 18 Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. 19 Ligaui eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificijs suis.

**I** *Vite verbum Domini.* Decem tribubus potissimũ loquitur semper, licet aliquando etiam breuiter loquatur & duabus. Enumerat eorũ peccata vt videãt, quã merito irascatur Deus.

*Iudicium.* Expostulatio, & obiurgatio.

*Veritas,* vt fidem seruet proximo.

**3** *Maledictum:* detractio, & maledictio, siue execratio.

*Inaudauerunt.* Hieron. non dixit est, sed, vt abund-

abundantiam delictorum ostenderet, intulit inundauerunt.

*Sanguis sanguinem tetigit.* Peccatum peccato additur. Gregor. homil. 11. in Ezech. & Chaldæus.

3 *Lugebit terra.* Vastabitur, & sterilis reddetur.

*Et infirmabitur.* Deficiet, & morietur.

*In bestia agri,* simul cum bestia agri, quæ, deficientibus hominibus, deficiunt, vt ait Hierony.

*Pisces maris congregabuntur,* id est peribunt. Hierem. 8. *Congregans congregabo eos.*

4 *Pausquis non iudicet.* Nemo hunc populum reprehendat, nihil enim proficiet.

*Sicut iij qui contradicunt sacerdoti.* Iste tuus populus, ô Israel impudentiam habet eorum, qui magistris, & sacerdotibus suis contradicunt. Itaq; nihil ager, qui eum reprehenderit.

5 *Cornes hodie.* Citò in captiuitatem ducris tu, & Pseudoprophetæ tui.

*Nocte tacere fecit matrem tuam.* Cum nox tribulationis, & captiuitatis venerit, mater tua confusa, & conuicta tacebit, agnoscet enim se illis supplicijs dignam esse. Mater est populi frequentia: filij sunt singuli de populo. ex Hierony.

22 In Hoseæ Cap. IIII.

6 *Conticuit populus meus.* Confusus & conuictus.

*Non habuerit sapientiam.* Timorem Dei.

*Quia tu scientiam repulisti.* Quia me non collis, neque times, auferam tibi, ò Israel sacerdotium; & cum eo omnia spiritualia bona. Et etiam, quia magna diuinæ legis ignorantia laboras ò Synagoga præfectorumque principes tui. Hic sensus posterior probat ignorantes indignos esse sacerdotio, vt probat cap. omnes. ; s. d. & cap. nisi cum pridem de Renuntiatione.

*Oblitæ es.* O Synagoga Israel.

7 *Secundum multitudinem eorum.* Quot homines habuit Israel, tot aras extruxit Demonibus. Hier.

*Gloriam eorum.* Gloriabantur enim se in immensum creuisse, efficiam igitur, vt quæ paucissimi remaneant.

8 *Peccata populi mei comedent.* Id est, hostias pro peccatis oblatas, vel, ferunt & dissimulant peccata populi, quia ex oblationibus comedunt & ditiores fiunt. Ita Hiero. & Greg. Homil. 17. in Euag. Alex. 1. epist. 1. & 1. q. 1. c. Ipsi sacerdotes ita. Precibus & oblationibus suis consumunt peccata populi. Loquitur nunc sacerdotibus, quia scriptura sæpe videtur loqui omnibus, & loquitur

tur tantum quibusdam. August. epist. 48.  
ad Vinc.

*Et ad iniquitates eorum subleuabunt animas eorum.* Optabunt, vt illi peccent: quoniam ex eorum peccatis viuunt. Deut. 24. *Et ex eo subleuat animam suam.* In Hebr. ad ipsum leuauit animam suam.

9 *Sic sacerdos.* Eodem modo punietur, nec magis à me honorabitur.

*Visitabo vias eius, opera eius puniam.*

*Reddam ei.* Debitas pœnas rependam.

10 *Et non saturabuntur.* Sumpta metaphora à cibus exigui nutrimenti. Hier. Voluptas infatiabilis est, & quanto magis capitur, tanto plus vtentibus se famem creat, secùs bonis accidit. Esa. 55. *Audite audiētes me, &c.*

*Et fornicati sunt, & non cessauerunt.* Relinquet eos Deus in peccatis. Fornicationem hic, & in sequentibus vocat idololatriam.

*In non custodiendo.* Relinquentur in peccatis suis, quoniam ad idola declinauerunt, ne cogerentur Dei mandata seruare: vel, quia reliquerunt Dominum, nec eius mandata custodierunt.

11 *Fornicatio.* Libido ista quærendi Deos alienos, & vinum, id est, voluptates, ita illos dementarunt, vt etiam baculum interrogent, vt ait versu sequenti.

24 In Hosea Cap. IIII.

12 *In ligno suo interrogavit.* Per baculū vult scire futura. Erat enim diuinationis genus per baculum, Ezech. 21. Ex Hier.

13 *Spiritus enim fornicationū.* Diabolus, cuius munus est ad idololatriam illicere; vel, vehemens cupido, & furor idololatriæ.

14 *Super capita montium.* Semper enim more gentilium lucos, & excelsa loca idolis consecrabāt, quæ prohibentur Deuter. 12.

*Thymiama.* Suffitum, siue vaporationem thuris, & similiū.

15 *Terebinthum.* Hæc herba alibi parua, in Syria magna est, & copiosa.

16 *Ideo fornicabuntur.* Corporaliter, vt ex proprio dolore intelligatis dolorem Dei, vt ait Hier.

17 *Cum meretricibus.* Cum turpibus mulieribus colentibus obscœnissimum idolum Beelphegor. 3. Reg. 15.

18 *Cum effeminatis.* Cum Eunuchis, sacerdotibus eiusdem idoli, aut certe Cybeles. ex Hierony.

19 *Vapulabit.* Scilicet in captiuitate diuersis plagis affectus, vt per dolorem recipiat disciplinam. Hierony.

20 *Non delinquat Iseem Indo.* Qui templum, & ceremonias, & verum Dei cultū habet.

*Nolite ingredi in Galgala.* In quo propter antiquam

tiquam loci religionem superstitiosius, & religiosius Idola colebantur.

*In Bethauen.* Id est. in Bethel, vbi erat vitulus, qui iam merito Bethauen, id est, domus Idoli, aut vanitatis dici potest.

*Neque iuraueritis, viuit Dominus.* Hier. Nolo enim per os vestrum mei nominis fieri mentionem, quod idolorum recordatione pollutum est, vel, ne tribuatis nomen meum Idolis per quæ iuratis.

16 *Sicut vacca lasciuens.* Magno impetu & furore recessit à Domino, sicut vacca indomita, & faginata.

*Nunc paciet eos Dominus.* At vt agnus à Domino tractabitur, cui resistere punienti non poterit, & in latissima Assyriorum regione collocabitur.

17 *Particeps Idolorum Ephraim.* O Iuda mitte Ephraim, & fuge ne eius consortio corrumperis: idolis enim deditus est. Hierony.

18 *Separatum est conuiuium eorum.* Illorum cultus, & religio, & cibus à tuo diuersa sunt: noli esse eorum socius: sine modo enim peccant, & ideo non poterunt effugere diuinam ultionem.

*Protectores eius.* Principes, & sacerdotes populum deceperunt, & pro Dei cultu im-

buerunt idololatria, ex qua ignominia sequitur, & confusio.

19 *Ligauit eum spiritus.* Ventus ligauit in alis suis Israelem, vt celeriter eum per terram Assyriorum, & per varias mundi plagas dispergat.

*Et confundentur.* Cum afflicti calamitatibus viderint nihil sibi opis afferre idola.

### Caput. V.



**V**idete hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor. 2 Et victimas declinastis in profundum: & ego eruditor omnium eorum. 3 Ego scio Ephraim, & Israel nō est absconditus à me, quia nūc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel. 4 Non dabūt cogitationes suas vt reuertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum

tionum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. 5 Et respondebit arrogantia Israel in facie eius: & Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis. 6 In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient: ablatus est ab eis. 7 In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. 8 Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: uulate in Beth-auen, post tergum tuum Ben-iamin. 9 Ephraim in desolatione erit in die correctionis: in tribubus Israel ostendi fidem. 10 Facti sunt principes Iuda, quasi asfumentes terminum: super eos effundam quasi aquam iram meam. 11 Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio: quoniam coepit abire post sordes. 12 Et ego quasi tineam Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. 13 Et vidit Ephraim languorem

guorem suum, & Iudas vinculum tuum: & abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem ultorem: & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum. 14 Quoniã ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda, ego ego capiam & vadam: tollam, & non est qui eruat. 15 Vadens reuertar ad locum meum donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

**A** *Vdite hæc sacerdotes.* Adhuc vult ostendere quàm merito eos puniat. Vocat autem sacerdotes, quoniam officium gerebant, licet veri sacerdotes non essent, quia non erant ex tribu Leui.

*Domus Israel.* Accusatur populus ne se alienum arbitretur à crimine, si inductus sit à regibus, & sacerdotibus.

*Domus Regis.* Regem, & eius domesticos, & consiliarios appellat.

*Quis vobis iudicium.* Ideo vos appello, vt simul audiatis, quid feceritis, & cur tradamini inimicis. Hiero.

*Laqueus facti estis speculationi.* Officio vestro speculari, id est, regendi, & docendi popu-

populum non tales vos exhibuistis, quales oportebat, sed laqueus potius, & venatores facti estis. Ex Hiero. vel *speculationis*, id est, prophetiæ, id est, prophetis verum docentibus.

*Et sicut rete expansum.* Irretijstis populum, & in idololatriam & peccata labi fecistis.

*Thabor.* Mons est nobilissimus in Galilæa, densissimus & plenissimus ferarum. Cyrillus

2 *Et victimas declinastis in profundum.* Vehementer homines auertistis ab offerendis Deo victimis in Hierusalé, vt scilicet idolis vestris offerrentur.

*Ego eruditor omnium eorum.* Non desistebam eos, per meos prophetas ab idolis auocare.

3 *Ego scio Ephraim.* Scio quæ opera faciant. Cum enim Ephraim, id est Hieroboam, & eius contribules idola colere cæpissent, statim reliquus Israel, eius impietatem sequutus est:

4 *Non dabunt cogitationes.* Significat eos obstinatos esse in Idololatria, spiritu Idololatriæ eos possidente.

5 *Et respondebit arrogantia Israel.* Non abibit impunitus, sed humiliabitur eius superbia, ipso vidente. ex Hier. Responsio enim culpa

culpæ est pœna.

*In iniquitate sua.* Ob maleficia sua ut ait Chald.

6 *In gregibus suis.* Têpore tribulationis quærent Dominũ putantes solis hostijs se posse placare, quem tot peccatis offenderunt, sed non inuenient, quia à recedentibus & ipse recessit. Hiero.

7 *Quia filios alienos genuerunt.* Quos ego non agnosco meos, quia in idololatria geniti sunt, & per ignem idolis consecrati.

*Nunc denouabit eos mensis.* Per singulos menses, id est, sæpè hostes ad eos veniet, & cuncta vastabunt, & hæc *nunc*, id est, valde cito fiet.

*Cum partibus suis.* Cũ possessionibus quas in diuisionibus terræ acceperunt.

8 *Clangite buccinæ, &c.* In his duabus vrbus Benjamin, quæ in excelsis locatæ sunt, clangite tuba, & buccina, quibus populi conuocari solent, cum prælium instat, vel aliquid magnum audituri sunt: In Bethel autè, id est, in tribu Ephraim non clangore, sed vlulatu opus est, quia iam ei imminet captiuitas. Ex Hier. & tamè hæc Bethel seu Bethauen tecum coniunctissima est Benjamin, à tergo vide, an res tua agatur, paries cùm proximus ardet.

9 In die correctionis, &c. In die supplicij decem tribuum ostendam quàm fidelia sunt verba, quæ per Prophetas meos locutus sum. Ex Hier.

*Quasi assumentes terminũ.* Capto Israel principes Iuda debuerant cogitare de peccatis suis, & similem sententiam timere; cogitauerunt autem de dilatandis suis terminis assumendo terminos decem tribuum. Ex Hieronymo.

11 *Calumniam patiens est Ephraim* Quia abijs post sordes, & idola, affligetur, & opprimitur ab Assyrijs.

12 *Et ego quasi tinea, &c.* Paulatim consumã Israelẽ, vt tinea vestes, per hostes sæpè venientes: & Iudã contumam, vt putredo, siue caries ligna. Sed celerius Israelẽ: tinea enim celerius consumit quàm caries.

13 *Languorem suum.* Id est, se ægrotare, & in mortem festinare, id est, in irreparabilẽ captiuitatem.

*Vinculum suum.* Vulnus. Capitur enim vinculum pro re ligata, id est, pro vulnere, vel (vt ait Hieronymus.) vidit se peccati si-  
militudine colligatum esse cum Israele.

*Et abijt Ephraim ad Assur.* Id factũ est tempore Manahem regis Israel. 4. Reg. 15.

*Ad regem vltorem.* Iudas etiam misit, vt auxilium

32 In Hoseam. Cap. VI.

xilium peteret à Rege Assyriorum 4. Reg. 16. tempore Achaz. Ille autem rex dicebatur ultor, quoniam ad eum omnes confugebant, vt potentia sua ab aliorum iniuria eos vindicaret,

*Nec solvere poterit à vobis vinculum.* Tunc vulnus soluitur, cum sanatum est.

14 *Ego quasi leona.* Hiero ostendam, quòd me aduersante omne hominum auxilium vanum sit. In his feris ferocitatem, & celeritatem aduersus eos ostendit.

*Ego ego capiam, &c.* Perstat in metaphora. Ego & non alius. Ego sine dubio ceu leo prædam rapiam: nec mihi eam quisquam eripiet.

15 *Reuertar ad locum meum.* Vt leones solent satiati sanguine, id est, obliuiscar vestri donec deficiatis, id est, donec longis malis afflicti, peccatum vestrum cognoscatis, & ad me per poenitentiam redeatis.

Caput. VI.



**I**N tribulatione sua mane  
 confurgent ad me. Venite,  
 & reuertamur ad Domi-  
 num: quia ipse cœpit, &  
 sanabit

sanabit nos: percutiet, & curabit nos.  
3 Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurq; vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus & ferotinus terræ. 4 Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. 5 Propter hoc dolauit in prophetis, occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux, egredientur. 6 Quia misericordiam volui, & nō sacrificiū: & scientiā Dei plus quā holocausta. 7 Ipsi autem sicut Adā transgressi sunt p̄ctum, ibi præuaricati sunt in me. 8 Galaad ciuitas operantiū idolū, supplantata sanguine. 9 Et quasi fauces virorū latronum, particeps sacerdotū in via interficientiū per gētes de Sichē: quia scelus operati sunt. 10 In domo Israel vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim: cōtaminatus est Israel

rael. 11 Sed & Iuda pone messem tibi  
cū cōuertero captiuitatē populi mei.

*Caput. VI.*

1 **I**N tribulatione sua. Cū vexati laboribus fuerint, orto eis pœnitētię lumine, festinabūt ad me venire, & Christū agnoscēt.  
2 *Ipsē cepit.* Sicut dixit in fine. ca. 5. Ego ego capiā more, scilicet leonis. ipse nos liberabit, & licet percutiat adhuc, sanabit.

*Curauit nos.* Gręci omnes dixerunt (vt ait Hiero.) *μολώσει*, idest linteola vulneribus inferet, quæ putridas carnes comedāt & extrahant purulētias. Idē intelligitur in *lachbasenu* significat enim hoc verbū alligare. Vnde *chobes* medicus, aut chirurgus.

3 *Viuificabit nos post duos dies.* Verba sunt Prophetę Iudæos exhortātis, vt Christū recipiāt: quasi dicat; duobus diebus operabitur nostrā viuificationē, quibus mortuus est, & apud inferos fuit, & tertio die resurgens ipse ius nobis tribuet ad resurrectionem corporū.

*Viuemus incōspectu eius.* Semper eum intuebimur, vt ei placeamus, aut peculiarem nostri prouidentiam habeat.

*Sciēmur.* Dñm fide, & operibus, sequemurq;

vt postea cognoscamus facie ad faciē, vel,  
vt in dies magis eū amemus, & colamus.

*Quasi diluculū preparatus est egressus eius.* Cū  
ad eum conuersi fuerimus, statim nobis  
orietur clarissima lux & verus iustitiæ sol  
tenebras à nobis ignorantia depellet.

*Et veniet quasi imber.* Doctrina Christi signi-  
ficatur, in ore copiosi imbris animas fœcū-  
dans. Imber tēporaneus venit iactis in ter-  
ram seminibus, serotinus, vt maturescāt  
fructus.

4 *Quid faciā tibi.* Poterat aliquis dicere, cur  
non facis, vt sine calamitatū perpeffione  
ad te redeant. Respōdet nihil se prætermi-  
fisse, quod ad illorum salutem attineret.

*Misericordia vestra:* Citò transit misericor-  
dia, qua vestri misereri decreueram, quasi  
peccatis vestris exsiccata. Ita Hier. Vel, be-  
neficientia vestra in proximos, qua me de-  
mereri poteratis, citò exaruit, & peccata  
abundauerunt.

5 *Propter hoc dolui in prophetis.* Occidi Pseu-  
doprophetas, qui vos turbabant, vt ait  
Hier. vt. 3. Reg. 18. & 4. Reg. 10. Vel me-  
lius, frequenter vos admonui per prophe-  
tas, & crebris ictibus cecidi vos, vt expoli-  
rem, atq; ad rectitudinem adducerē. Vter-  
q; sensus ex Hiero. colligitur.

*Et occidi eos.* Occidédos esse prædixi per prophetas, vel misi ad vos prophetas sciés esse à vobis occidédos propter verba mea, &c. occidi & enecavi, eos frequenter alloquendo, & ad vos mittendo.

*Et iudicia tua, &c.* Hoc feci, vt notú omnibus esset quã merito te puniré. Ita Hiero. vel, sumam de te supplicium magnú, quod notum omnibus sit, & valde exemplare.

6 *Quia misericordiam volui, & non sacrificium:* Magis delector cū tui misereor, quã cū sacrificia mihi offeruntur. Ex Hier. vel potius, Tu putabas satis esse mihi sacrificia facere: ego vero misericordiã & beneficentiã in proximos potissimú à te volebã: ideo manifesta erunt omnibus supplicia tua.

*Et scientiã Dei.* Timoré & cultum verum.

7 *Sicut Adam transgressi sunt.* Imitati sunt Adæ inobedientiã, & illius hæredes facti sunt, & participes: ideoq; quodãmodò ex eo tempore præuaricantur in me. Vna est enim generatio, & quasi vnú corpus peccatorum. ex Hier.

8 *Galaad ciuitas, &c. Supplætata sanguine.* Polluta sanguine occisorum ex insidijs, quia Deo sacrificare volebant in Hierusalé, non idolis: vel, cito euertenda, & prosternenda propter sanguinem in ea effusum. Est enim

enim in Hebræo à sanguine.

9 Et quasi fures virorum latronum. Sitiens semper sanguinem, & cædes.

Particeps sacerdotū. A diuans consilium sacerdotū Bethel, qui venientes de Siché in Hierusalem adorandi gratia, latronibus in via positis, trucidabant. Hiero. & Theod.

scelus operati sunt. Id est, hoc excogitato scelere, Dei cultum impedire voluerunt.

10 Vidi horrendū. Id est, rem, quæ in horrorem & stuporem omnes rapiat, quod infante Ephraim in idola, continuo vniuersus Israel idem fecit.

11 Pone messem tibi. Tutus eras ò Iuda, & putabas te posse ferere & metere in terra tua, id est quiete viuere: facies quidē hoc, non tamē modo, sed postquā te à Babylone re-duxero: antea enim non licebit, quia captiuus duceris. Vel, seminatus es in hac terra, at præpara te ad messem, meteris enim à Chaldæis, & cū te illi messuerint, rursus conuertam captiuitatem populi mei sub Cyro, id est, tēporibus Cyri liberabo populum meum à captiuitate.

Cap. VII.

CVM sanare vellē Israel, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia

38 *In Hosea Cap. VII.*

Samariæ, quia operati sunt mendaciū:  
 & fur ingressus est spolians, latrūculus  
 foris. 2 Et ne forte dicant in cordi-  
 bus suis omnem malitiam eorum me  
 recordatum: nunc circumdederunt eos  
 ad inuentiones suæ, coram facie mea  
 factæ sunt. 3 In malitia sua lætificaue-  
 rūt regē, & in mēdacijs suis principes.  
 4 Omnes adulterātes, quasi clibanus  
 succensus à coquente, quieuit paululū  
 ciuitas à commissione fermēti, donec  
 fermentaretur totum. 5 Dies' regis  
 nostri, cœperunt principes furere à vi-  
 no: extendit manum suam cum illuso-  
 ribus. 6 Quia applicauerunt quasi cli-  
 banum cor suum, cum infidiaretur eis:  
 tota nocte dormiuit coquens eos, ma-  
 nē ipse succensus quasi ignis flammæ.  
 7 Omnes calefacti sunt quasi cli-  
 banus, & deuorauerunt iudices suos: om-  
 nes reges eorum ceciderunt: non est  
 qui clamet in eis ad me. 8 Ephraim in  
 populis ipse cōmiscbatur; Ephraim  
 factus est subcineritius panis, qui non  
 reuerfatur. 9 Comederunt alieni ro-  
 bur

bur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. 10 Et humiliabitur superbia Israel in facie eius: nec reuersi sunt ad Dominū Deū suū, & non quesierunt eū in omnibus his. 11 Et factus est Ephraim quasi columba seducta nō habēs cor: Ægyptū inuocabāt, ad Assyrios abierūt. 12 Et cum profecti fuerint, expādam super eos rete meū: quasi volucrem cæli detraham eos, cædam eos secundum auditionem coetus eorum. 13 Væ eis quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia preuaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. 14 Et non clamauerūt ad me in corde suo, sed vlulabāt in cubilibus suis: super triticū & vinūruminabāt, recesserūt à me. 15 Et ego erudiui eos, & cōfortaui brachia eorū: & in me cogitauerūt malitiā. 16 Reuersi sunt, vt essent absq; iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Ista subfannatio eorū in terra Ægypti:

1 **C**um sanare vellē Israel. Id est, merito eis irascor. Cum enim curarē, vt sanaretur Israel à veteribus idololatrijs, subito extitit Hieroboā, quem in idololatria, vniuersa Samaria sequuta est & operati sunt mendaciū, id est, idolū (vt ait Hiero.) vel, recesserunt ab officio, & in veritate non steterunt.

*Ingressus est fur spolians.* Hieroboam furē vocat quasi domesticum, & clā insidiantē.

*Lustrunculus foris.* Milites expediti Assyriorum, & aliarū nationū qui sæpe excursiones faciebāt in terrā Israel, & prædabātur.

2 *Et ne forte dicāt.* Ne dicāt intra se me veterū peccatorum recordari; seq; maiorū suorum peccata luere, dicam, quæ ipsi me vidente, & spectāte, impudēter fecerūt. Hęc enim circumstant eos nūc, & sunt in facie mea, quasi vltionem exigentia.

3 *In malitijs suis.* Peccatis suis, *Letificarūt regem* Hieroboam, & *mendacis suis principes,* & magnates eius; exhortantibus enim ad idololatriam adulati, & assensi sunt.

4 *Omnes adulterantes, &c.* Isti omnes instar clibani, ab Hieroboā Idololatriæ igne succensi sunt. Et cū esset tota ciuitas hoc igne succensa, paululū conqueuit rex; nō enim eos cogebat, sed exhortabatur, vt spōte facerent

cerét, donec, fermétaretur totū, id est, donec totus populus assésim præstaret. Hier. 5 *Dies Regis nostri.* Vox est populi iam fermentati, & decepti, clamātis ad fores Hieroboam: Hic est dies festus regis nostri, quem ipse constituit nobis, vt in eo lætemur, & vitulos aureos adoremus.

*Cœperunt principes farere à vino.* Cum hoc audirent, quasi ebrii insanire, & ad idola currere, vt regi gratificarentur cœperunt.

*Extendit manum suam.* Fecit idē, quod illi: *Cum illustribus.* Cum illius principibus, qui populum exemplo suo inficiebant.

6 *Applicauerunt quasi clibanum, cor suum.* Faciles se, & beneuolos præstiterunt regi ad idololatriam retinendam, & augendam hortanti.

*Tota nocte dormiuit.* Cum videret eos insanire, cœpit quiescere, & securus esse, nec iam timebat defectionem eorum ad Roboam.

*Mane ipse succensus.* Tunc iam scelerū suorum flammam non per insidias, sed aperta ostendit insania. Palam dicebat, & faciebat quicquid libebat.

7 *Deuorauerunt iudices suos.* Ura occiderunt fenes vitulos, illos reprobantes. Sed melius cōuenit cum eo, quod statim sequitur

ex positio. Hieronymi. Omnes iudices suos in eiusdem sceleris consortium rapuerunt: & omnes postea reges in eadem foueam inciderunt, ita vt nullus ex eis sit, qui relicta idololatria ad me redeat.

8 *Ipse commiscebatur.* Imitabatur eorum mores, & idololatrias, Psalm. 105. & commisti sunt inter gentes.

*Subtineri ius panis.* Id est, idololatrijs gentium sordidatus, nec reuertatur per poenitentiam.

9 *Comederunt alieni robur eius.* Assyrij, & alij consumpserunt, quicquid habebat ipse virium; & tam vecors fuit, vt id minimè sentiat, nec intelligat, cur deuorandus tradatur.

*Canis effusus sunt.* Iam captiuitati proximus est, vt homo canis plenus, morti, & semper in ignorantia sua permanet.

11 *Quasi columba seducta.* Vastatum per partes populum non sentit, sed negligens est salutis suæ; sicut columba, quæ ablatos pullos non dolet, non requirit: sed ad illius, qui rapuit, tecta sine ira & sine dolore reuertitur. Hierony. & Theophylact.

*Non habens eos,* Mentem, & sapientiam.

*Ægyptum inuocabant.* Non à Deo auxilium qua-

quærebant, sed ab Ægyptijs sub Hofæ rege, 4. Reg. 17. & ab Assyrijs sub Manahem. 4. Reg. 15. vel, inuocabant Ægyptios, & tandem capti sunt ab Assyrijs.

12 *Cum profecti fuerint, &c.* Sed cum hæc auxilia quæsierint, nihil eis proderunt: nihilominus enim extendam super eos rete meum, & quasi aues volantes detraham & in manus Assyriorum dabo. Vel, cum profecti fuerint ad Ægyptios, mittam super eos Assyrios, sicut factum videmus. 4. Reg. 17.

*Secundum auditionem catuillorum.* Ijs pœnis, quas à Moyse omnes audierunt. Deuteron. 27. & 28.

13 *Ego redemi eos.* Sæpe eos liberaui, nec tamen salutem suam acceptam retulerunt mihi, sed idolis suis.

14 *Sed ululabant in cubilibus suis.* Hierony. Pulchre cantica idolis seruientium non carmina, sed ululatum vocat: vel, premebantur laboribus, nec tamen ad opem meam confugiebant, nec remedium quærebant, sed muliebriter eiulabant. Illud tantum quærebant, & intra se rumina-  
bant cum magno dolore, quomodo frumenti, & vini inopiam cauerent. Hieronym. sic, non dixit comedebant, sed rumi-

ruminabant, quasi iumenta, & ob harum rerum copiam, a me recefferunt.

15 *Etego erudini, & confortavi.* Ego erudini eos per Prophetas, & vires, ac fortitudinē eis præbui: ipsi vero tantum cogitabant quomodo me offenderent.

16 *Ut essent absque iugo.* Id est, facti sunt sicut cum lege non habebant. *Esa. 63. Falsumus sicut in principio.*

*Quasi arcus dolosus.* Non fecerunt, quod volebam, sicut qui prauum habet arcum alio mittere vult sagittam, & alio sagitta it: vel (vt ait Hierony.) contra Dominum ipsum miserunt blasphemiarum sagittas. *Psal. 77. Conuersi sunt in arcum prauum.*

*A furore lingue sue.* Propter lingue sue furorem: quia vitulos Deum appellauerunt. (ita Hierony.) aut, propter indignationem, quam verbis suis concitauerunt.

*Ista subsannatio eorum in terra Ægypti.* Hierony. & Theophyl. & Lyra. Hoc est quod nunc faciunt, & quod iam diu facere soliti sunt, quod faciebant in Ægypto, vt idolis nomen, & honorem meum tribuerent. Vel, has calamitates eorum referent, & nar-  
rabunt inter se Ægyptij subsannantes eos.

*Capitulum VII.*

Caput VIII.

1



N gutture tuo sit tuba  
quasi aquila super domū  
Domini: pro eo quòd trāf  
gressi sunt fœdus meum,  
& legem meā præuaricati sunt. 2 Me  
inuocabunt Deus meus, cognouimus  
te Israel. 3 Proiecit Israel bonum, ini-  
micus persequetur eum. 4 Ipsi regna-  
uerunt: & non ex me, principes extite-  
runt, & non cognoui: argētum suum,  
& aurum suum fecerunt sibi idola,  
vt interirent: 5 proiectus est vitu-  
lus tuus Samaria, iratus est furor  
meus in eos. vsquequo non poterunt  
emundari? 6 Quia ex Israel & ipse est:  
artifex fecit illum, & non est Deus:  
quoniam in aranearum telas erit vitu-  
lus Samariæ. 7 Quia ventum semina-  
bunt, & turbinem metent: culmus stās  
non est in eo, germen non faciet fari-  
nam: quod & si fecerit, alieni comedēt  
eam. 8 Deuoratus est Israel: nunc fa-  
ctus est in nationibus quasi vas immū  
dum

dum. 9 Quia ipsi ascenderunt ad As-  
 sur, onager solitarius sibi: Ephraim  
 munera dederunt amatoribus: 10 Sed  
 & cum mercede conduxerint natio-  
 nes, nunc congregabo eos & quies-  
 cent paulisper ab onere regis, &  
 principum. 11 Quia multiplicauit  
 Ephraim altaria ad peccandum: fa-  
 ctæ sunt ei aræ in delictum. 12 Scri-  
 bam ei multiples leges meas, quæ ve-  
 lut alienæ computatæ sunt. 13 Ho-  
 stias offerent, immolabunt carnes, &  
 comedent, & Dominus non susci-  
 piet eas: nunc recordabitur iniqui-  
 tatis eorum, & visitabit peccata eo-  
 rum, ipsi in Ægyptum conuertentur.  
 14 Et oblitus est Israel factoris  
 sui, & ædificauit delubra: & Iudas  
 multiplicauit vrbes munitas, & mit-  
 tam ignem in ciuitates eius, & deuo-  
 rabit ædes illius.

**I**Ngitture tuo fit tuba. Hierony. exalta  
 vocem tuam, vt tubæ similis fit, &  
 prædices captiuitatem Iudæorum.

*Quasi aquila super domum Domini. Scilicet  
 veniet*

veniet Nabuchodonosor more aquilæ, id est, velociter, & raptim. De hac aquila Ezech. 17. & Zach. 11. ita Hiero. & omnes.

2 *Me inuocabunt*, &c. Cum captiuitas, & afflictio venerit, tunc volent à me adiuuari, & dicent se esse Israel, & cognoscere me, ac legem meam. Loquitur iam decem tribubus.

3 *Proiecit Israel bonum*. Responsio est Dei (vt ait Hieronym.) quasi dicat, iste Israel, qui iactat, me sibi cognitum esse, proiecit bonum, id est, dominum suum, à quo vocatus est Israel. Ideò Assyrius eum persequetur.

4 *Ipsi regnauerunt & non ex me*. Id est, me id non approbante. Loquitur de Hieroboam, & eius successoribus, id est, quidam illorum me inconsulto regnum obtinuerunt: & per tyrannidè: omnes verò nihil curantes quid mihi placeret, regnum administrauerunt. Regnare enim dicitur rex, cum in regnum venit, & cum administrat. Simul etiam populus reprehenditur, qui semper regibus suis adulando fauit.

o *Et non cognori*. Displicuit mihi.

*Vt interirèt*, Id est, atq; ita tandem interierunt.

5 *Proiectus est vitulus tuus*. Tecum etiã peribit.

*Iratus est spiritus meus in eos*. Hierony. in vitulos, vel in colentes eos.

*Vsque-*

*Vsquequo non poterunt emundari? Vsquequo non desinent esse in fordibus suis, & vitulos adorare?*

6 *Quia ex Israel, & ipse est.* Hoc vituli idolum sicut & aurum ex quo factum est, vestrum inuentum est, nec enim dicere potestis aliunde vos accepisse.

*Quoniam in aranearum telas.* Hiero. Ut aranearum fila dissoluuntur in ventum, ita vitulus Samariae redigetur in nihilum.

7 *Quia ventum seminabunt.* Inani labore se exercent, frustra colunt idola, & sumptus in eis faciunt.

7 *Turbam metent.* Ventus feminatus, id est, intra terram conceptus, cum eruperit, turbo fit, qui puluerem excitat, & oculos infestat: intelligit captiuitatem.

*Culmus stans non est in eo.* Nihil habet, vnde fructum sperare possit.

*Germen non faciet farinam.* Si quis fuerit culmus, & in eo grana, non tamen ex eis fiet farina: significat omnes eorum diuitias, ab Assyrijs esse diripiendas.

*Deuoratus est Israel.* Hierony. mixtus idolis, & nationibus, proprium Israelis nomen amisit, vel, deuorabitur ab hostibus, dum illis munera mittit, & tributa.

8 *Quasi vas immundum.* Factus vas in honorem,

rem, conuertit se in vas contumeliæ. Hierony. Vel, contemnitur ab omnibus, & fastiditur, vt vas immundum.

9 *Quia ipsi ascenderunt ad Assur.* Hæc patietur, quoniã captiuus ducetur Vel sine causali; Captiuus ducetur, postquam deuoratus fuerit.

*Onager solitarius.* Idèò captiuus ductus est, quia nemini obedire voluit, sed libere atque arbitrato suo viuere; & vt onager discurrebat quocumque eum ferebat libido, ad omnes nationes ibat, illorum idola, & peccata sequebatur.

*Munera dederunt amatoribus.* Populis quorum mores, & idola sequebantur, idque vt ab eis defenderentur.

10 *Sed & cum mercede, &c.* Postquam alias nationes mercede ad defensionem sui congregauerint, paululum in patria sua eos tenebo, & quiescent aliquantulum à tributis, quæ pendebant Assyriis, & à muneribus, quæ principibus mittebant, sed citò capiètur. Quæ ita facta legimus. 4. Reg. 7.

11 *Quia multiplicauit Ephraim altaria.* Id est, addidit enim altaria iis altaribus, quæ patres sui fecerunt, vt plura idola haberet.

12 *Scribam eis multiples.* Scriberem eis iterum legem meam varia mysteriorum ge-

nera continentem, quam tâdiu reiecerunt: sed nihil proficiam, alienam enim reputauerunt Ex Hieronym. Vel legendum est cùm interrogationibus, vt ait Lyra.

13 *Hostias offerent.* Immolabunt illi quidē hostias non solum idolis, sed etiam mihi, at non vt me colant, sed vt ipsi lautius epulentur, ideòque non suscipiam Hierony.

*In Ægyptum conuertentur.* Capta Samaria multi euaserunt manus Assyriorum, & in Ægyptum fugerunt Hoseæ. 9. *Ecce profecti sunt à vilitate, Ægyptus congregabit eos.*

14 *Et Iudas multiplicauit vrbes munitas.* Vt tutior ab hostibus esset, ne ita vt decem tribus caperetur, cùm in me potius collocare fiduciam suam deberet, & agere pœnitentiam. Quare ego omnia diruam, vt factum est. 4. Reg. 25.

### Caput IX.

1 **N**oli letari Israel, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici. 2 Area & torculum non pascet eos, & vinum mentietur eis.

3 Non

3 Non habitabūt in terra Dñi: reuer-  
sus est Ephraim in Ægyptum, & in As-  
syrijs pollutū comedit. 4. Nō libabūt  
Domino vinū, & non placebunt ei sa-  
crificia eorū quasi panis lugentiū: om-  
nes qui comedent eum, contaminabū-  
tur: quia panis eorum animę ipsorum,  
nō intrabit in domū Domini. 5 Quid  
facietis in die solenni, in die festiuita-  
tis Domini? 6 Ecce enim profecti sunt  
à vastitate: Ægyptus congregabit  
eos, Memphis sepeliet eos: desiderabi-  
le argentum eorū vrtica hæreditabit,  
lappa in tabernaculis eorum. 7 Vene-  
runt dies visitationis, venerunt dies re-  
tributionis: scitote Israel stultum pro-  
phetam, insanū virum spiritualem pro-  
pter multitudinem iniquitatis tuæ, &  
multitudo amentię. 8 Speculator  
Ephraim cum Deo meo: propheta la-  
queus ruinae factus est super omnes  
vias eius, insania in domo Dei eius.  
9 Profundè peccauerunt, sicut in die-  
bus Gabaa: recordabitur iniquita-  
tis eorum, & visitabit peccata eorum.

10 Quasi vvas in deserto inueni Israel: quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorū: ipsi autē intrauerūt ad Beel-phegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerūt.

11 Ephraim quasi avis auolauit, gloria eorum à partu & ab utero, & à conceptu. 12 Quòd & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed & vax eis, cum recessero ab eis. 13 Ephraim (vt vidi) Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos. 14 Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & hubera arentia. 15 Omnes nequitix eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos: propter malitiam adinventionum eorum, de domo mea eijciam eos: non addam vt diligam eos, omnes principes eorū recedētes. 16 Percussus est Ephraim, radix eorum exicata est, fructum nequaquam facient. Quòd & si genuerint, interficiā aman-

tissima

tissima vteri eorū. Abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erūt vagi in nationibus.

1 **N**olilætari. Pergit reprehendere populi peccata, & vanam eorum lætiam. Etiam si tibi læta omnia euenirēt, dolere deberes, cū scias te Deum habere iratum: Cæteræ gentes lætari vtcumque possunt rebus secundis, cū Deum non cognoscant, nec sciant sibi esse iratum.

*Dilexisti mercedē, super, id est, ad omnes areas tritici, Id est, vbicumque erat spes lucri ex idololatria, non dubitabas idola colere.*

2 *Area & torcular, &c.* Amittetis ea ipsa propter quæ ad idola declinabatis. Prædicat sterilitatem, & etiam captiuitatem.

*Et vinum mentiatur eis. Non reddet speratum prouentum. Hab. 3. Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum.*

3 *Pollutum comedit.* Idolothyta, & cibos lege prohibitos cogente fame comedet.

4 *Non libabunt Domino vinum.* Amara irrisione hoc dicit, non offerent vinum in sacrificijs, quod offerre solebant, vt largius, ac liberius potarent. Nihil in eis Deo placebit.

*Quasi panis lugentium.* Ingrata Deo, & immunda erunt sacrificia quæ Deo offerre tentabunt, *quasi panis lugentium* mortuum. Vide Num. 19. aut sicut si offerrent *panem lugentium* mortuum, quem, ipsi etiam, qui comedunt, immundi redduntur.

*Quia panis eorum anima eorum.* Panis quem offerunt, non tam mihi, quàm sibi ipsis, id est, gulæ ac ventri suo offerunt, & idedò, nõ intrabit in domũ Domini: ingratus mihi erit. Nihil enim erat Deo gratũ, nisi quod in templo offerebatur. Hier.

5 *Quid facietis in die solenni.* Hierony. in die captiuitatis, qui festiuus erit Domino vlciscenti iniurias suas. Vel, cum dies solennes Dei venerint, neque illos celebrare poteritis in terra aliena. Theod. & Theophy.

6 *A vastitate.* Propter vastitatẽ terræ suæ fugerunt in Ægyptum.

*Desiderabile argentum eorum.* Hier. Villas & omnia ornamenta villarum, quæ pretio emuntur argenti, id est, pretiosa sunt. Vel, domos in quas suas cõgesserant pecunias, Chald. Vel, in quibus nihil futile, sed argentea omnia erant.

*Lappa in tabernaculis eorum.* Hierony. Longam significat vastitatem, vt vbi quõdam domus erant, lappæ, & viticæ nascuntur.

tur. Lappa inter segetes nascitur. Vulgò  
amor de bartolazo.

7 Scitote israel stultum prophetam. Id est, videte ô Israelitæ quinâ fuerit infanus propheta? qui vobis has calamitates prædicebat, an vos, qui nunquâ futuras dicebatis?

*Insanum virû spiritualem*, Id est, insanû prophetam. Propheta enim est qui habet spiritû. Michææ. 1. *Vtinâ non essem vir habēs spiritû.*

*Propter multitudinē.* Peccata tua te in hæc mala adduxerunt, quæ tu ventura esse negabas.

*Et multitudinem amentia.* Id est, scelerum. Ita Hierony. & Chald. in quæ ferebaris, vt homo odio ac ira excæcatus, ideò est in Hebræo *odij*. Et ita capitur statim *insania*, vbi ait, *Insania in domo Dei eius.*

8 *Speculator Ephraim cum Deo meo Propheta.* Propheta, & sacerdotes qui debuerât speculatores esse huius populi, vt mala propulsarent, & esse *cum Deo*, id est, ex parte, & factione Dei, facti sunt laqueus, & insania, id est, fecerunt eum ruere in peccata, & insanire in scelera.

*In domo Dei eius.* In Bethel, aut etiam in fanis idolorum.

*Profundè peccauerunt.* Vehementer.

9 *Sicut in diebus Gaba.* Cû violata est vxor

Leuitæ, & cæteri de Benjamin, admoniti ab Israele, noluerunt tradere fontes ad supplicium; sed pertinaciter illos defenderunt, & innumerabilium cædium causa fuerunt sibi & alijs. Ita admoniti isti à prophetis perstant in peccato, &c.

10 *Quasi vnus in deserto.* Istorum patres Abraham, Isaac, & Iacob, cum cupiditate & voluptate summa elegi mihi, & vocaui: at filij eorum ingrati coluerunt Beelphegor. Num 25. Et reliquerunt me qui eos propter patres vehementer amabam, Rom. 11. *Charissimi propter patres.*

*Abalienati sunt in confusionem.* Hieron. Idcirco abalienati sunt à Deo & confusioni traditi, id est, idolo obscœnitissimo.

11 *Ephraim quasi auis auolauit.* Sicut auis è nido fugiens, ita fugit gloria Ephraim, à partu, id est, simulatq; in lucē editi fuerint infantes; alij à vtero, ante legitimū nascendi tempus: alij à conceptu, id est, antequàm in vtero formentur, impediēte formationem sterilitate vterorum. Hoc autē dicit, quoniam decem tribus contrā duas maxime gloriabantur in numerositate sobolis.

12 *In hominibus.* Inter homines.

*Cum recesserit ab eis.* Cum eos penitus reliquero vt hosti tradantur.

13 *Tyruserat.* Fœlicitate similis erat Tyro, & sic Dei cingebatur auxilio, dū ei ser- uiebat, vt Tyrus mari.

*Educat ad interfectorem filios suos.* Quia non cognouit autorem huius fœlicitatis, coge- tur filios suos in bellū educere, vbi ab ho- stibus interficientur.

14 *Quid dabis eis? Quid te dare oportet ijs,* qui donis tuis superbiunt, nisi vt illa amittant?

*Vulvam sine liberis, &c.* Vt non concipian- tur filij, aut concepti lactis inopia morian- tur, ne tuis muneribus abutātur in super- biam, vt ait Hierony. aut, ne geniti filij, tot mala ab hostibus perferant, Luc. 25. *Beatae steriles, &c.*

15 *Omnes nequitia eorū in Galgal.* Ibi enim cœpit idololatria, ibi cœperunt reges (ibi enim vnctus est Saul.) qui fuerunt causa tot malorum. Ex his omnia mala fluxerūt; ex eo tempore odi eos propter sua peccata

*Adinventionum eorum* Adinventiones vo- cat cogitationes, studia & opera.

16 *Percussus est Ephraim.* Aruit vt arbor. Psalm. 101. *Percussus sum vt fœnum.*

*Amantissima vteri eorum.* Filios, quos præ cæteris diligent.

*Abijciet eos.* De terra sancta, & tractabit

vt alienos, non mittet prophetas, neque bene eis faciet.

Caput. X.

1



Itis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei: secundū multitudinē fructus sui multiplicauit altaria, iuxta hubertatem terræ suæ exuberavit simulachris. 2 Diuisum est cor eorum, nunc interibunt: ipse confringet simulacra eorum, depopulabitur aras eorū. 3 Quia nunc dicent, Non est rex nobis: nō enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis? 4 Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. 5 Vacas Bethauen coluerūt habitatores Samariæ: quia luxit super eum populus eius, & æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migravit ab eo. 6 Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi Vltori: confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua. 7 Tran-

fire

fire fecit Samaria regem suum quasi  
spumam super faciem aquæ. 8 Et di-  
spendentur excelsa idoli peccatum Is-  
rael: lappa & tribulus ascendet su-  
per aras eorum: & dicent montibus,  
Operite nos: & collibus, Cadite su-  
per nos. 9 Ex diebus Gabaa peccavit  
Israel, ibi steterunt: non comprehen-  
det eos in Gabaa prælium super filios  
iniquitatis. 10 Iuxta desiderium meum  
corripiam eos: congregabuntur su-  
per eos populi: cum corripietur prop-  
ter duas iniquitates suas. 11 Ephraim  
vitula docta diligere trituram, & ego  
trāsui super pulchritudinē colli eius:  
ascēdam super Ephraim, arabit Iudas,  
confringet libi sulcos Iacob. 12 Semi-  
nate vobis in iustitia, & metite in ore  
misericordiæ, innouate vobis nouale:  
tempus autem requirendi Dñm, cū ve-  
nerit qui docebit vos iustitiā. 13 Ara-  
stis impietatē, iniquitatem messuistis,  
comedistis frugem mendacij: quia cōfi-  
sus es in vijs tuis, in multitudine fortiū  
tuorum. 14 Consurget tumultus in  
popu-

populo tuo: & omnes munitiones tuæ vastabuntur sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui vindicauit Baal in die prælij, matre super filios allifa.  
 15 Sic fecit vobis Beth-el, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

1 **V**itis frödosa Israel, fructus adequatus est ei. Israel est quasi vitis quædam latè extensa, & plena palmitibus, plena ciuitatibus, & in singulis ciuitatibus magna hominum multitudine abundans. Hoc significat *Fructus adequatus est ei.* Iuxta Theod. Theoph. & etiam Hiero.

*Secundum multitudinem fructus sui.* Quanto magis populis, & hominibus abundabat, tanto plura fecit idolis altaria.

*Iuxta vbertatem.* Quanto ditior à me fiebat, tanto plura idola fabricabat.

2 *Diuisum est cor eorum.* Tot idolis abundât, vt etiam inter illos sint cõtentiones, quibusdam hoc idolum præferētibus, quibusdam illud. Peribunt igitur, & propter discordias, & quia indies peccata multiplicant.

*Ipsè confringes.* Deus per manus hostium.

3 *Non est Rex nobis, &c.* Cincti ab hostibus, vide-

videbunt nihil opis se habere in rege suo & dicent, non habemus regem. Idq; propterea quod Deum verum regem non colimus. Quid nobis sine eo homo rex auxiliari potest.

4 *Loquimini verba visionis inutilis, &c.* Irridet eos Propheta dicens, loquimini, & repetite crebro verba, quæ pseudoprophetæ vobis dixerant, prospera pollicentes. Vana est eorum visio, & prophetia longe aliter eueniet.

*Es ferietis fœdus.* Monent vos pseudoprophetæ, vt fœdus cum hostibus vestris feriat, si venerint: atque nihil mali esse timendū. Si legas *cum mendacio* significat fœdus mendax, quod implendum non est.

*Et germinabit quasi amaritudo.* Quemadmodum amaræ, & noxiæ herbæ perse multū vbiq; germinātes, in agro culto copiosius germināt: ita iudicium, id est, supplicium copiosum vobis ex ista vestra incredulitate orietur.

5 *Vaccas Bethanen coluerunt.* Vitulos, per irrisionē *vaccas* vocat, vt ait Hiero. Est enim vilior hic sexus, & infirmior, & ad irrisionem aptior. Similiter etiam per irrisionē pluraliter loquitur de vno vitulo.

*Quia luxit super eū populus eius.* Super eundē vitu-

vitulum, quem religiosè coluerant Israëlita, lugebunt postea.

*Et editui eius super eū exultauerūt.* Lugebūt etiam sacerdotes, qui (suppletur enim relationum more Hebræorum) olim exultauerunt, cum ille donis, & sacrificijs colebatur.

6 *Et ipse in Assur delatus est.* Capto enim Israele, ipse quoq; ad regem Assyriorum delatus est: quem etiã cap. 5. vocauit *ultorem*.

*Confusio Ephraim capiet, &c.* Tunc tribus Ephraim autor idololatriæ confundetur, & simul vniuersus Israel, quod tales Deos eligere voluerint.

7 *Transire fecit.* Consentiens Samaria regum suorum idololatrijs, id effecit, vt regnū decem tribuum, celeriter dissiparetur, sicut spuma aquæ.

8 *Excelsa idoli:* Loca vbi idolum colebatur:

*Peccatum Israel.* Vbi peccauit, & Deum irritauit.

*Lappa, & tribulus.* Hierony. signum vltimæ solitudinis, vt ne parietes quidem, & extrema ædificiorū vestigia relinquuntur.

*Operite nos:* Ne mala imminencia videamus.

9 *EX diebus Gabaa peccauit Israel.* Vindicauit

uit enim mortem vxoris Leuitæ, & Micham; qui domi habebat idola, & sacerdotem non punierunt. Iudic. 17. & 19. Hiero.

*Ibi steterunt*: Cessauerunt ambulare in vijs domini. Hier. Nam ex eo tempore cœperunt colere idola.

*Non comprehendet eos*: Non insurget in eos bellū, quale illud, quod insurrexit in perditissimos illos ciues Gabaa: qui licet victi sint, vicerunt tamen prius, & mortem suam vlti, ceciderunt. Sed insurget bellū Assyriorum, quibus nullo tempore resistere poterunt.

*II Propter duas iniquitates*: Quia & me dereliquerunt; & deinde eos Deos coluerūt, quos Deos non esse sciebant. Ierem. 2. *Duo mala fecit populus meus, &c.* Hieron. Theoph. Theod. Rup.

*Vitula docta diligere trituram.* Ad idola nationum sæpe redit, quoniam earum commercio videt se fieri ditiorē, vt vitula que ab aratro dimissa, vltro ad illud redit, vt comedere possit, quantūlibebit. Refugit arare, id est, Deum sine præsentem emolumento colere, & amat trituram, id est, laborem habentem præsentia emolumenta.

*Et ego transiui super pulchritudinem colli eius.* Theod. Collum eius superbum, & con-  
rumax

tumax domabo. Loquitur de plagis, quas accepit Israel à tépore Zachariæ regis, ab Assyrijs. 4. Reg. 15. & 16.

*Ascendã super Ebram.* Quasi super equum omnino eũ mihi subiiciã & Assyrijs tradã.

*Arabit Iuda:* Cũ viderit Iudas Israelis calamitatem desinet trituram idololatriæ, & *arabit*, id est, Deũ sine respectu præsentium emolumétorum quæret. Id factum est sub Ezechia. 2. Paralip. 30. & 31.

*Confringes sibi sulcos Iacob:* Id est, glebas sulcorum, Hiero. Ut apta sit terra ad semétem faciendam, id est, tam Iudas, quàm Iacob diligenter Deo seruiet: Iacob vocat homines decem tribuum, qui hortante per nuntios Ezechia, idola abiecerunt, & venerunt in Hierusalem. 2. Paralipo. 30.

12 *Seminate vobis in iustitia.* Id est in iustitia perstate, in eo quod cœpistis, & ita seminate, vt multa iustitia, & sanctitas in vobis oriatur.

*Et metite in ore misericordie* Id est, metetis largissimè, quantũ misericordia ipsa velle & exigere possit.

*Innouate vobis nouale.* Fradicate spinas veterum peccatorum & renouate vos.

*Tempus autem requirendi Dominum.* Cognoscite illud esse tempus, quo maxime Deum

quæ-

quærere debeatis, cum venerit Christus, videte, ne occasionem illam elabi sinatis.

13 *Arastis impietatem*: Terra, in qua laborastis, fuit impietas: & ita fructus fuit iniquitas: multiplicabantur enim in vobis peccata.

*Et comedistis frugem mendacij*. Id est, mentientem: hoc est non ferentē speratum fructum; nullum fructum recepistis ex vestris iniquitatibus.

*Quia cōfusus es in vijs tuis*. Superiora duabus quoque tribubus dicta videri poterāt, sed nunc mutatione numeri ad Israel reuertitur. Confidebas in idololatria tua (vt ait Hieronymus) putans ab idolis tuis te esse liberandum.

14 *Consurget tumultus*. Cadentium in bello, & fugientium.

*Sicut vastatus est Salmana*. Vastabimini ab Assyrijs ita crudeliter, vt Salmana rex Medianitarum vastatus est à Gedeone, & à suis, Ind. 8. Isti enim sunt, qui vindicauerūt Baal, id est, punierunt, & destruxerunt Baal.

*Matre super filios allisa*. Occidit enim Gedeon filios, & matres etiam ad muros & parietes allidi iubebat.

15 *Sic fecit vobis Bethel*. Est iucunda allusio

inter Bethel, & Betharbel (quod est in Hebr. pro domo eius qui vindicauit Baal) quod illi euenit à Betharbel, veniet vobis àb idololatria Bethel.

*A facie malitia:* Propter malitiam vestram nequissimam.

*Caput. XI.*

- 1  Icut mane trāsit, pertransijt rex Israel. Quia puer Israel, & dilexi eū: & ex Ægypto vocauī filiū meū.
- 2 Vocauerūt eos, sic abierūt à facie eorum Baalim immolabant & simulacris sacrificabāt. 3 Et ego quasi nutritius Ephraim, portabā eos in brachijs meis: & nescierunt quòd curarem eos. 4 In funiculis Adā traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorū: & declinaui ad eū vt vesceretur. 5 Nō reuertetur in terrā Ægypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. 6 Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & cōsumet electos eius, & comedet capita eorū. 7 Et populus meus pende-
- bit

bit ad reditum meū: iugum autē impo-  
netur eis simul, quod nō auferetur. 8  
Quomodo dabo te Ephraim, protegā  
te Israel? quomodo dabo te sicut Ada-  
ma, ponā te vt Seboim, cōuersum est  
in me cor meū pariter, conturbata est  
pœnitudo mea. 9 Non faciā furorē  
iræ meæ, non conuertar vt disperdam  
Ephraim: quoniā Deus ego, & non ho-  
mo: in medio tui sanctus, & non ingre-  
diar ciuitatē. 10 Post Dñm ambula-  
būt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet,  
& formidabunt filij maris. 11 Et auo-  
labunt quasi auis ex Ægypto, & quasi  
columba de terra Assyriorum: & col-  
locabo eos in domibus suis, dicit Do-  
minus. 12 Circundedit me in nega-  
tione Ephraim, & in dolo domus Is-  
rael: Iudas autem testis descendit cum  
Deo & cum sanctis, fidelis.

**S**icut manē transit. Cōmemorat, vt haçte-  
nus, sua beneficia, & populi ingrati-  
dinē: Auroræ tēpus, quod est inter so-  
lis, noctisq; viciniā (vt ait Hier.) celerrime  
trāsit, & ita celerrime finietur regnū Israel.

*Quia puer Israel, & dilexi eū: Erat in Ægypto*

**E a** popu-

pulus Israel tener, qui paulo ante coeperat in filijs Iacob, & vt puer ignorantia rerum vtilium laborabat, & virium inopia: & tamen dilexi eum tunc, semperque ei benefeci.

*Ex Aegypto vocavi filium meum: Israel, & Christum.*

2 *Vocauerunt eos: Moyfes, & Aaron.*

*Sic abierunt:* Sicut vocauerunt eos, ita ipsi eis terga verterunt, & obedire noluerunt.

*Baalim immolabant:* In ipsa enim via sacrificauerunt Beelphegor. Num. 25. & vitulum coluerunt. Exod. 32.

3 *Et ego quasi nutricius Ephraim.* Quasi parvulum curabam diligenter, & in vlnas meas tollebam Deutero 1. *Portauit e Dominus, &c. Et. Expandit alas suas, &c.*

4 *In funiculis Adam.* Solita mea mansuetudine adhuc opto eos beneficijs potius alligari, vt homines, quam terrore & poenis, vt belluas.

*Et ero eis quasi exaltans iugum.* Non patiar eos semper laborare: requiem etiam eis interdum praebere: sumpta Metaphora ab agricolis, qui cum iugum tollunt, frænula etiam, aut capistrum adimunt, vt comedant bestia illa. Dabo eis tempora otij, & laetitiae. quod propter festiuitates dicit, & *declinaui*

ad eos: Scilicet cibos; dedi eis alimenta, tē-  
pore otij, & iubilei & festiuitatum, terra  
large omnia suppeditante.

5 *Non reuertentur in terram Aegypti.* Maior  
enim illos propter ingratitudinem suam  
manet captiuitas.

6 *Cæpit gladius.* Incipiet, & consumet ele-  
ctos, idest, principes siue robur exercitus,  
vt ait Hierony. quos Symmachus vocauit  
brachia.

7 *Et comedet capita eorum.* Eos, quorū confi-  
lijs gubernantur.

8 *Pendebit ad reditum meum.* Expectabit præ-  
sentiam, & auxilium meum hostibus cun-  
cta vastantibus: & serò poenitentiam aget.

*Iugum autem imponetur:* Scilicet grauissi-  
mę seruitutis, quod non aufertur iuxta li-  
terā, nisi spiritualiter tollatur in Christo.  
Hierony.

9 *Quomodo dabo te Ephraim?* Quid de te fa-  
ciam? quomodo tractabo te? An protegam  
te à ventura calamitate? Minimè: quin po-  
tius tractabo te, ita vt Adama & Seboim ci-  
uitates socias Sodomæ & Gomorrhæ.

10 *Conuersum est cor meū.* Poenitet me, quod tã-  
tum tibi suppliciū cōminatus sim: mutau-  
iam sentētiam. Excitatus est in visceribus  
meis dolor misericordiæ, & poenitudinis.

70 *In Hoseæ Cap. XI.*

9 *Quoniam Deus ego, & non homo.* Hier. Non ego, vt homo punio: homo enim iratus punit inimicum, vt perdat: ego autem percussio, vt emendem.

10 *In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem:* in medio tui sanctus, scilicet erit, non te deferam, neq; in ciuitatem alienæ gentis transibo, vt illis me præbeā & te relinquam. Interl. Et ita fecit. Donec enim ipsi Christum reiecerūt, non transiit ad alias gentes, sed neque tunc eos penitus reliquit.

10 *Post Dominum ambulabunt.* Ostēdit, quomodo non eos penitus tunc deseret, & loquitur de illis, qui conuertendi erant tēpore prædicationis Euangelij.

*Quasi leo rugiet.* Id est, Ipse enim Christus per se, & per Apostolos suos longe lateq; audietur; eius vox cum potestate sonabit, & peccatores commouebit, & terrebit.

*Filij maris:* Qui erant in mari sæculi, & sagena Euangelij comprehensi sunt. Ita. Hiero. Vel, marini, & insulares, id est populi gentium remoti,

11 *Et uolabunt:* Id est, voce illa leonis excitati, celeriter ad Euangeliū veniēt, vt aues, quæ celeriter volant, cūm terrētur; & quasi columba, cuius volatus est magnæ constanti-

stantisque pernicitatis. Psalm. 54. *Quis dabit mihi pennas, sicut columba.* Ubique igitur fuerint, venient ad Euangelium.

*Et collocabo eos in domibus suis:* In peculiari bus suis Ecclesijs per orbem dispersis: non enim redierunt ad Samariam.

12. *Circumdedit me in negatione:* Ne putaretur, cum clementiam promisit, velle dicere eos non esse capiendos ab Assyrijs reuertitur ad commemorationem peccatorum Israelis, vt ostendat, quare sint ab illis capiendi. Circundederunt (inquit) me, accedebant, & me colere velle videbantur, sed non cultus fuit, verum negatio, colebant enim sua idola simul.

*Iudas autē testis descendit cum Deo, &c.* Iudas non ita fecit, sed verbis, & operibus testificans me esse Deum, reliquit idola, & cum Deo descendit, id est, iacentes Dei partes sequutus est, & neglectas ab Israel.

*Cum sanctis fidelis.* Id est permanens in Dei seruitute cum prophetis, & patriarchis, & veris Dei seruis. Hæc dicit, quoniam semper templum, & sacerdotium retinuit. Vide. 2. Paralip. 13. licet multi quoque idola coluerint: sed potissimum loquitur de tempore Ezechiz. 2. Paralip. 29. & 30. quo Israel captus est.

*Caput. XII.*

**E**phraim pascit ventum, & sequitur aestum: tota die mendacium & vastitatem multiplicat: & foedus cum Assyrijs iniit, & oleum in Ægyptum ferebat. 2 Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinventiones eius reddet ei. 3 In utero supplantauit fratrem suum: & in fortitudine sua directus est cum angelo. 4 Et inualuit ad angelum & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in Beth-el inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. 5 Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius. 6 Et tu ad Deum tuum conuerteris; misericordiam, & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper. 7 Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniã dilexit. 8 Et dixit Ephraim: Verumtamen diues effectus sum, inueni idolũ mihi: omnes labores mei nõ inueniẽt mihi iniquitatẽ quam

quam peccaui. 9 Et ego Dominus  
 Deus tuus ex terra Ægypti, adhuc se-  
 dere te faciam in tabernaculis, sicut in  
 diebus festiuitatis. 10 Et locutus sum  
 super prophetas, & ego visionē multi-  
 plicauit, & in manu prophetarum assi-  
 milatus sum. 11 Si in Galaad idolum  
 tamen frustra erant in Galgal bobus  
 immolantes: nam & altaria eorū quasi  
 acerui super sulcos agri. 12 Fugit  
 Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit  
 Israel in vxorem, & in vxorem serui-  
 uit: 13 In propheta autem eduxit  
 Dominus Israel de Ægypto: & in pro-  
 pheta seruatus est. 14 Ad iracundiā  
 me prouocauit Ephraim in amaritudi-  
 nibus suis, & sanguis eius super eum  
 veniet, & opprobrium eius restituet ei  
 Dominus suus.

**E**phraim pascit ventum. Reprehēdit stul-  
 titiam Israel, quòd Deo relicto, ad  
 hominum auxilia cōfugiat, id est, rem ina-  
 nem, & nihil profuturam agit, vt si quis  
 ventū regere, & quo velit, instar ouis, du-  
 cere conetur.

*Et sequitur aſtam.* Id eſt, auſtrum, ventum vrentem æſtate; quaſi dicat, laborat; & labore ſuo nihil ſibi niſi morbos, & calamitates quaerit.

*Mendaciam, Falfas ſpes, & mortem ſuam quaerit.*

*Oleum in Aegyptum ferebat.* Quo Samaria optimo abundat, id eſt, dona mittit Aegyptijs, vt ab eis defendatur.

2 *Iudicium ergo Domini cum Iuda.* Hebr. Rib. contentio, & expoſtulatione: vult omnibus tribubus loqui, idque ſignificant Iuda, & Iacob, id eſt, decem tribus, ſed prius Iuda: poſteà Iacob, cum ait. *Et dixit Ephraim, &c.*

3 *In utero ſupplantauit fratrem.* Per quod ſignificatum eſt, tenendo eius plantam, quod poſteà verè eſſet cum ſupplantaturus, id eſt, primogenita, & benedictione ei prærepturus. Commemorat autem ſua in Iacob beneficia, & cultum, ac pietatem Iacob in Deum, quo & exemplo excitentur, & amorem erga illos ſuum intelligant.

4 *In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo.* Superauit angelum, cum quo luctabatur. Genef. 32.

4 *Et confortatus eſt.* Eiuſdem Angeli benedictione, & abiecit timorem fratris, quo prius

prius vehementius tardabatur.

*Fleuit, & rogauit eum.* Cum lachrymis petiit ab Angelo benedictionem Hierony.

*In Bethel inuenit eum.* Gen. 35. post luctam.

*Ibi locutus est nobiscum.* Præcepit enim vniuersæ domui suæ, vt idola abiceret, & solum Deum coleret. Gen. 35. *Iacob verò conuocata omni domo sua ait, &c.*

5 *Et Dominus Deus exercituum.* Eum Deum, qui vere Dominus est, quem exercitus cœlestes colunt, semper in mente sua, atq; in oculis suis habebat, non idola.

6 *Et tu ad Dominum Deum tuam conuerteris.* Age ergo ô Iuda semen eius, qui tot beneficijs à Deo affectus est, quiq; ita eum coluit, imitare parentem tuum, & abijce idola, &c. misericordiã, & iustitiã custodi, & spes tuas omnes in hoc tantû Deo colloca.

7 *Chanaan in manu eius statera dolosa.* Nunc ad decem tribus reuertitur. Ephraim propter summam impietatem non iam semen Jacob esse videtur, sed semen Chanaan: amat p̄cuniam alienam auferre per dolû, & opprimere alios per potentiam, & iniuriam facere minoribus.

8 *Diues effectus sum.* Hieronym. non refert unde possideam, dummodò possideam.

*Inueni idolû mihi.* Quasi dicat, adorent alij  
alia

alia idola, ego bonum idolum penes me habeo, id est, pecuniam, hoc est nullius indigeo.

*Omnes labores mei.* In diuitijs quas meo labore acquisiui, nō apparebit iniquitas vlla, quam fecerim, nemo enim me reprehēdere audebit, cū diues, & potens sim, & omnes à me adiuuari indigeant. Ita Hiero.

*9 Et ego Dominus Deus tuus.* Quauis tā impius sis ò Ephraim, tamen ego ex eo tēpore, quo eras in Ægypto, verus Deus tuus, & verus protector tuus sum, & salutem tuam opto.

*Adhuc sedere te faciam in tabernaculis, &c.* Id est, adhuc expectabo te, & locū tibi pœnitentiæ dabo, patiar te celebrare festū tabernaculorum, sicut ab exitu ex Ægypto celebrare solitus es, id est, quietē in terra tua viuere, & festiuitates tuas celebrare. Vnam enim maximam, & lætissimam præ ceteris ponit: præsertim cum hæc celebraretur in signum receptæ libertatis, ac si dicat, libertate tunc frueris.

*10 Et locutus sum super prophetas.* Ne mireris me hoc polliceri, quandoquidem semper optaui conuersionem tuam, & vt ad eam te adducerem, loquutus sum prophetis, & multas eis visiones ostendi, vt tibi illi nomine

nomine meo loquerentur.

*Et in manu prophetarum assimilatus sum.* Per prophetarum ministerium varijs me rebus similem feci, nunc patri, nunc regi, leoni, vrfo, &c. Hieron. & glossæ, & Chrysoft. hom. 58. in Genes. intelligunt de figuris Christi venturi, quas Deus ostendit prophetis.

11 *Si Galaad idolum, &c.* Cum fuerint in Galaad idola, nec seruata ab idolis eius sit illa terra, sed ante cæteras vastata, operam perdunt, qui in Galgalis, bobus immolant imitantes Samaritas; nam & ipsi similiter vastabuntur, nec poterunt ab idolis defendi.

*Nam & altaria eorum quasi acerui.* Id est, horum altaria, quæ idolis erexerant, & agri, vbi erant templa, arabuntur, & ex ruina altarium manebunt ibi magni acerui lapidum, & terræ, quemadmodum cõtigit altaribus Galaaditarum. Galaaditæ erant trans Iordanem, Galgala citrà, continuè post transitum Iordanis.

12 *Fugit Iacob in regionem Syria.* Redit ad narrationem Iacob. Nam quæ modo dixit, quasi per Parenthesin legenda, & accipienda sunt.

*Et seruinis Israel in vxore, & in vxore serua-  
uit.*

*uit.* Tam pie me coluit Iacob, vt mihi & parentibus obtemperans, in Syriam profisceretur, vt vxorem sibi quæreret de filiabus Laban, ne, si Chananæam duceret, ad illius gentis idola alliceretur: & septem annis pro vxore seruiuit, & pro illa seruauit oues foceri. Et ego semper illum in via seruauit, & patrè magni populi feci.

23 *In propheta autem eduxit.* Per Moysem, quasi dicat, nec solùm eum amari, sed etiam posteros eius, & misi prophetam meum, vt ex Ægypto liberarentur.

*Ad iracundiam me prouocauit.* Pro ijs beneficijs hanc gratiam mihi referunt Israelitæ, vt me, qui dulcis sum, prouocent peccatis suis, amaritudinem animi, & dolorem excitantibus.

*Sanguis eius super eum veniet.* Ipse solus erit in culpa suæ perditionis & calamitatis.

*Et opprobrium illius vestiet.* Ephraim opprobrio Deum affecit, quando peccatis suis fecit, vt nomen Domini blasphemaretur. Supplicium huic opprobrio ex iustitia debitum, faciet Dominus venire super caput eius.

Cap. XIII.

**1**  Oquente Ephraim, horror inuasit Israel: & deliquit in Baal, & mortuus est. 2 Et nunc addiderunt ad peccadum: feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est, his ipsi dicunt, Immolate omnes vitulos adorantes. 3 Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. 4 Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti: & Deum absque me nescies, & saluator non est præter me. 5 Ego cognouit te in deserto, in terra solitudinis. 6 Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt: & eleuauerunt cor suum, & oblitati sunt mei. 7 Et ego ero eis quasi leona, sicut pardus in via Assyriorum. 8 Occurram eis quasi uersa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo, bestia  
agri

agri scindet eos. Perditio tua Israel:  
 tantummodo in me auxilium tuum.  
 10 Vbi est rex tuus: maximè nunc  
 saluet te in omnibus vrbibus tuis: & iu-  
 dices tui, de quibus dixisti, Da mihi  
 reges & principes. 11 Dabo tibi re-  
 gem in furore meo, & auferam in in-  
 dignatione mea. 12 Colligata est ini-  
 quitas Ephraim, absconditum pecca-  
 tum eius. 13 Dolores parturientis  
 venient ei, ipse filius non sapiens, nūc  
 enim non stabit in contritione filiorū.  
 14 De manu mortis liberabo eos, de  
 morte redimam eos: Ero mors tua o  
 mors, morsus tuus ero inferne; conso-  
 latio abscondita est ab oculis meis.  
 15 Quia ipse inter fratres diuidet: &  
 adducet vrentem ventum Dominus  
 de deserto ascendentem: & siccabit ve-  
 nas eius, & desolabit fontem eius, &  
 ipse diripiet thesaurum omnis vasis  
 desiderabilis.

**L**oquente *Ephraim*. Vix Hieroboam lo-  
 qui cœpit de vitulis adorâdis, cum  
 vniuersus Israel timens Regi suo contradi-  
 cere, vitulos suscepit.

Et deliquit in Baal. Nec vitulis contentus est, sed etiam Baal adoravit.

2 Et mortuus est. Scilicet spiritu, priuatus vita, quæ Deus est, ita Hieron. ex eo etiam tempore obnoxius mansit morti, & captiuitati.

Quasi similitudinem idolorum. Fecerunt conflatilia iuxta ideas eorum, quas animo suo conceperant.

His ipsi dicunt, immolate homines, vitulos adorantes. Sacerdotes impij dicunt populo; si vultis rite, & piè colere vitulos, immolate illis homines. Psal. 105. Et immolauerunt filios suos, &c.

3 Idcirco erunt quasi nubes. Cito peribunt eorum foelicitas, & diuitiæ.

Sicut fumus de fumario. Id est, per fumariū egrediens.

5 Cognoui te. Pavi te, benefeci tibi.

6 Iuxta pascua sua. Secundum abundantiam pascuorum, quæ eis dedi, fuit eorum futuritas, id est, magna fuit, & ideò oblitifunt mei.

7 In via Assyriorum. Quando ducentur in Assyriam. Hiero. erat autem in via illa vastum desertū in quo erāt immanes bestię.

8 Quasi vrsa. Hieronym. nihil est vrsa feruuius, cum perdiderit catulos.

82. *In Hosea Cap. XIII.*

*Interiora iecoris.* In quo sedes est concupiscentiæ, & voluptatum, vnde illi in tanta peccata inciderunt.

*Bestia agri.* Non solum hæ, sed cæteræ etiã bestię, pereuntes enim in via, bestijs laniãdi proieciabantur.

9 *Perditio tua.* Ego tibi semper bonorum causa fui, non etiam malorum: nam in ea tu te coniecisti.

10 *Maximè nunc.* Multum enim nũc eo indigebis, septus calamitatibus.

*In omnibus vibris saluet te.* Et vrbes tuas. Vel, *in omni vribus* (in omnibus enim opprimeris, & requires liberatorem) *saluet te*, si quidem ob id dicebas te regem velle. 1. Reg. 8.

*Et iudices tui.* Consiliarij regis, qui, rege bellis occupato, populum pro eo iudicarent, hos vocat iudices, & principes.

11 *Dabo tibi regem.* Dabo tibi reges pessimos, qui citò à me tollentur propter eorũ peccata. Gregor. sup. 1. Reg. cap. 9. In furore etenim rex datur, quando malis peior præesse decernitur.

12 *Colligata est iniquitas.* Diligenter in memoria mea seruata, vt pœnas de ea sumã; sumpta Metaphora à rebus, quæ ligantur, ne excidant.

*Absconditum.* Optimè à me seruatum.

§ *Dolores parientis.* In captiuitate.

*Ipse filius non sapiens.* Non curat futura, neque prouidet, cùm tamen mala illum grauissima maneant.

*Nunc enim non stabis in contritione filiorũ.* Nõ poterit ferre, neq; resistere aduersarijs, cũ eius filij conterentur, & vastabuntur ab hostibus.

14. *De manu mortis liberabo eos.* Post durã cõminationẽ, iterũ eos cõsolatur promittens libertatẽ, quã per Christũ accepturi erant id est, etiam si temporaliter moriantur, ego in infernũ descendã, & liberabo eos, ne à morte, atq; ab inferno teneantur, resurgent enim & uiuent in perpetuum.

*Ero mors tua ò mors.* Mortem enim penitus in electis meis abolebo, vt non sit: infernũ autẽ mordebo, partem eius auferẽs, id est, electos; August. ser. 137. de tẽp & Greg. 12. Moral. c. 8. & Homil. 21. In Euang.

*Cõsolatio abscondita est.* Doleo (ait Propheeta) Israelitas omnes, & omne hominũ genus ineuitabili morti esse subiectos, nec habeo, quo me consolet. Et ided vt tam suum, quàm communem hominum mœrorem reprimat, latius aperit Christi de morte victoriam.

84 *In Hosea Cap. XIII.*

15 *Inter fratres diuidet.* Charissimos quosq; infernus, id est, mors diuidet. Vel, *fratres* nunc vocat Israelem, & Iudam, qui tunc captiuitate erant diuidendi.

*Adducet ventem ventam Dominus.* Ut ait Hierony. Christus est ventus vrens, ascendens de deserto, id est, Bethlehem, quæ est ad meridië, siue ad desertum. Vel, ex deserto generis humani, vel. Ex utero virginis: qui ventus siccabit venas mortis (metaphora sumpta ab aquis, quæ per occultas terræ venas in fontem veniunt) & ipsum fontem etiam desolabit. Venæ sunt peccata, quibus arefactis, mors quoque ipsa arefiet.

*Et ipse diripiet thesaurum.* Id est, animas sanctorum, quæ in thesauro siue receptaculo inferni tenebantur.

*Caput XIII.*

- 1 **B**reat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum: in gladio pereat, paruuli eorum elidantur, & fætæ eius discendantur.
- 2 **Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum:**

tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. 3 Tollite vobiscum verba, & cōuertimini ad Dominum, & dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorū nostrorum. 4 Assur nō saluabit nos, super equum non ascendemus nec dicemus vltà, Dij nostri opera manū nostrarum: quia eius qui in te est, miseraberis pupilli. 5 Sanabo contritiones eorum, diligam eos spōtaneē: quia auersus est furor meus ab eis. 6 Ero quasi ros Israel, germinabit sicut liliū, & erūpet radix eius vt Libani. 7 Ibūt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani. 8 Conuertentur sedentes in vmbra eius; viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. 9 Ephraim quid mihi vltà idola? Ego exaudiam, & dirigam eum ego, vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. 10 Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc? quia rectæ viæ Domino,

& iusti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.

1 **P**ereat *Samaris*. Ex his intelligitur, bona quæ nunc promittebantur, spiritualia esse. Prædicit earum vastitatem in captiuitate, ne ex ijs quæ dicta sunt, putarent iam se non esse capiendos ab Assyrijs.

2 *Conuertere Israel*. Etsi captiuus sis, ne desperes te à Deo recipiendū, si cōverti velis.

*Tollite vobiscum verba*, Describit verā conuersionem. *Verba*, id est, preces, & delictorum confessionem, vt ait Hierony. & laudes Dei.

3 *Conuertimini ad Dominum*. Hierony. tam verbis, quàm operibus.

*Oranem aufer iniquitatem*. Vt nihil veteris peccati maneat, ne iterum pullulet, & renascatur: ita Hierony.

*Et accipe bonum*. Hiero. Nisi enim tuleris mala nostra, bonum tibi, quod offeramus, habere non possumus.

*Et reddemus vitulos*. Pro largitate munerū, reddemus sacrificia laudis per obsequium labiorum. Greg. sup. capit. 1. lib. 1. Reg. ferè in fine, id est, hæc tibi pro sacrificio vitulorum offeremus. Quidam exponunt, redde-

reddemus vitulos, quos labijs nostris promissimus, cum essemus in tribulatione, vt David. reddam tibi vota meo, &c.

4. *Assur non saluabit nos.* Hierony. nequaquam ultra in Assyrijs nos sperabimus.

*Super equum non ascendemus.* Hierony. non habebimus spem in equis Ægyptiorum, vel, non cōfidemus armis, & equis nostris.

*Nec dicemus ultra, dii nostri.* Non adorabimus idola.

*Quia eius qui in te est.* Tu enim misereberis pupilli, qui tibi relictus est curandus, & protegendus. Pupillus autem dicitur ( vt ait Hierony. quia Deū perdidit patrē. Ita loquitur Petrus 1. Epist. c. 5. *Paſcite qui in vobis est gregem.*

5. *Contritiones eorum.* Vulnere manentia in eis ex auersione.

*Diligam eam spontaneè.* Propensum, & beneuolum animum habebō in eos. Loquitur autem de beneficijs, quibus, conuersi Israelitæ ad Christum, afficientur.

6. *Ero quasi vos.* Æstum concupiscentiæ refrigerabo, & siccitatem pectoris eorum irrigabo, vt floreat, & germinent, sicut liliū, id est, vt cor eorum sit sursum versus & sit sicut radix lilij.

*Erumpet radix eius.* Terram findet, & profundè

fundè intrabit, vt nulla tēpestate quatia-  
tur, sed immobilis maneat.

7 *Odor eius vt Libani.* Id est, arborum odori-  
ferarum, vt cedrorū, &c. vel, *Libani*, id est,  
thuris, ita enim dicitur Hebraicè, & Græ-  
cè, vt ait Hierony. id est, Christi notitiam  
verbis & factis tradet hominibus, ex odo-  
re enim cognoscitur latens vnguentum.

8 *Conuertentur sedentes in vmbra eius.* Est hi-  
steron proteron, id est, conuertentur ad  
eum, & sedebunt in eius vmbra, id est, sub  
eius protectione, & tutela.

*Viuent tritico.* Hierony. rerum omnium  
abundantiam habebunt, & viuent, qui  
prius fuerant mortui: Ego de Eucharistia  
intelligo cum Lyra, in qua est omnium bo-  
norum largissima copia.

*Quasi vinea.* Vide Ioannem 15. *Ego sum vi-  
tis & vos palmites.*

*Et memoriale eius sicut vinum Libani.* Memo-  
ria huius populi, & mentio, vbicunq; in-  
ciderit, gratissima erit omnibus, & suauis-  
simi odoris, vt vinū Libani, quod optimū  
est. Ecclesiastes 49. *memoria Iosæ, &c.*

9 *Ephraim.* Scilicet dicet, *quid mihi, &c.*

*Ego exaudiam, & dirigam eum.* Concedam  
ei petita, & deducā eum per viam rectam,  
ne offendar.

*Ego vt abietem virentem:* Scilicet, eum efficiam; semper enim viret abies. Hierony<sup>o</sup>

*Ex me fructus tuus inuentus est:* Non eris in fruuosus, vt abies, sed fructū feres copiosum, non ex te, sed ex me.

10 *Quis sapiens & intelliget ista?* Quis erit tā sapiens, & intelligens, vt hæc quæ dico, intelligat, & tantorum bonorum particeps efficiatur, in Christum credendo? Docet autem paucos esse futuros. Sapientem & intelligentem pro eodem accipit, & ad maiorem asseuerationem ingeminat.

*Quia rectæ viæ Domini:* Sanctum enim est, quicquid Deus erga homines facit, & præcipit; atque id iusti intelligent, & probabunt. Matth. 11. *Iustificata est sapientia à filiis suis.*

*Prauaricatores verò corruent in eis.* Id est, increduli verò, & impij scandalizabuntur propter suam incredulitatem, & erit eis occasio ruinæ, quod alijs fuit vita. Luc. 2.

*Ecce hic positus est in vniuersam, & in resurrectione multorum.*



# I N I O E L E M P R O P H E T A M.

## Caput. 1.

1



Erbū Dñi, quod factū est ad Ioel filiū Phatuel. 2 Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum? 3 Super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorum generationi alteræ. 4 Residuū eruce comedit locusta, & residuū locuste comedit bruchus, & residuū bruchi comedit rubigo. 5 Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinū in dulcedine: quoniā perijt ab ore vestro. 6 Gens enim ascendit super terrā meam fortis & innumerabilis: dentes eius vt dētes leonis, & molares eius vt catuli leonis.

7 Po-

7 Posuit vineam meam in desertū, & ficū meam decorticauit: nudās spoliauit eū & proiecit, albi facti sunt rami eius. 8 Plāge quali virgo accincta sacco super virū pubertatis suæ. 9 Perijt sacrificium & libatio de domo Dñi: luxerunt sacerdotes ministri Dñi. 10 Depopulata est regio, luxit humus: quoniam deuastatū est triticum, confusum est vinū, elanguit oleū. 11 Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento, vino & hordeo, quia perijt messis agri. 12 Vineam confusa est & ficus elāguit: malogranatū, & palma, & malū, & omnia ligna agri aruerunt, quia cōfusus est gaudium à filijs hominum. 13 Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificiū & libatio. 14 Sanctificate ieiuniū, vocate cœtum: cōgregate senes omnes habitatores terræ in domū Dei vestri: & clamate ad Dominū. 15 A, a, a, dici, quia prope est

Est dies Domini, & quasi vastitas à po-  
 tēte veniet. 16. Nunquid non corā  
 oculis vestris alimenta perierūt de do-  
 mo Dei nostri, & lætitia & exultatio?  
 17. Computruerunt iumenta in ster-  
 core suo, demolita sunt horrea, dissi-  
 patæ sunt apothecæ: quoniam confu-  
 sum est triticum. 18. Quid ingemuit  
 animal, mugierunt greges armenti?  
 Quia non est pascua eis: sed & greges  
 pecorum disperierunt. 19. Ad te Do-  
 mine clamabo: quia ignis comedit spe-  
 ciosa deserti, & flāma succēdit omnia  
 ligna regionis. 20. Sed & bestiaē agri  
 quasi area sitiens imbrem, suspexerūt  
 ad te: quoniam exiccati sunt fontes  
 aquarum, & ignis deuorauit specio-  
 sa deserti.

**V**erbum Domini. Tota prophetia est  
 contra duas tribus, vt adnotat.  
 Hierony.

Audite hoc senes. Qui plurimum potestis  
 propter ætatem recordari.

Si factum est: Nunquid factum est?

Residuum eruce. Eruca olera & arbores in  
 festat

festat, rubigo vitium frugū est, quod agricolæ nebulā vocant: intelligit autem exercitum Chaldæorum, qui nouissimis quatuor expeditionibus grauiter affligerunt, ac denique penitus exciderunt Iudæos. 4. Reg. 24. & 25.

5 *Expergiscimini ebrij.* Flere iubet vitijs deditos, & voluptatibus captos; quod citò ea sint amissuri, quibus delectantur.

6 *Gens enim ascendit.* Per locustas metaphoricè intelligit Chaldæos, qui multitudine locustis, ferocitate, & crudelitate leonibus similes sunt, & catulis leonum audacioribus, & fortiores molares habentibus.

7 *Vineā meā:* De qua Psal. 79. *vineā de Ægypto, &c.* Et Esaiæ. 9. Vel, vineas terræ meæ.

*Ficum meam.* Id est, eundem populum, in qua ficu fructum quæsiuit Dominus. Matthæi. 21. vel, ficus terræ meæ, & arbores.

*Nudans spoliavit.* Hiero. in tantum enim locustæ cuncta populantur, vt derodant arborum cortices, exutasque projiciant, & omni virore consumpto, albos ramos & virides detelinquant.

8 *Plange O Hierusalem.*

*Virum pubertatis:* Cui in virginitate sua nupsit. 70. *παρθενικόν,* hic enim maximè amatur.

9 *Perijt sacrificium.* Sacrificium vocat agnū cum simila frixa oleo. Num. 28. *Libamen* aut *iibatio* est vinum, quod offerebatur in sacrificijs; hæc omnia præ sterilitate perierunt.

*Luxerunt sacerdotes.* Cessantibus sacrificijs egeni & otiosi.

10 *Luxit humus.* Deuastata & fructu suo spoliata.

*Confusum est vinum.* Quia non respondit agricolarum votis & laboribus.

*Elanguit oleum.* Perijt, defecit Hosee. 36.

11 *Confusi sunt agricolæ.* Videntes nihil respondere suis laboribus.

*Messis agri.* Hierony. exponit legumina, & omnia, quæ solet humus gignere.

12 *Confusum est gaudium.* Cæperat se ostentare, & quasi succissum est, & pulsum.

13 *Accingite vos.* Sacco.

14 *Sanctificate ieiunium.* Parate vos ad ieiuniū, Chald. vel segregate vos in ieiuniū, vt sancte faciatis. Theod.

*Habitatores terræ.* Tunc enim multū Deus placatur, cum, peccatores conuersi, misericordiam simul cum iustis implorant.

15 *A, a, a, diei.* Legendum est ah, ah, estq; interiectio dolentis prophetæ, & venturam calamitatem lugentis.

*Quasi vastitas à potente.* Fortis erit & vehemens

mens, qualis expectari debet à robusto, & sufficiens ad omina perpetranda, id enim est Sadai. Hieronymo ad Marcellā in epist. Nonagesimum, &c.

16 *Coram oculis nostris.* Hiero. speratę fruges, è manibus eripientur, & locustę præuenient messorem, & ita cessabunt sacrificia & lætitia in templo.

17 *Computruerunt iumenta.* quoniã præ sterilitate, paleę non erant, in quibus iacerent, & nihil foris inuenientia cibi, ad præsepia redibant, & ibi moriebantur.

*Apotheca.* Id est, quidquid esse solet, in quo frumenta reponantur; neglecta enim sunt hæc, quia videbant nihil esse, quod in eis reponeretur.

19 *Ignis.* Id est, ventus vrens, per quem locustas & Chaldæos omnia vastantes intelligit *comedit speciosa deserti*, id est, pascua & prata virentia.

## Caput II.

**I** Anite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ: Quia venit dies Dñi, quia prope est 2 dies tenebra

brarum & caliginis, dies nubis & turbinis : quasi mane expansum super montes populus multus & fortis : similis ei non fuit à principio, & post eum non erit vsque in annos generationis & generationis. 3 Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum. 4 Quasi aspectus equorum, aspectus eorum : & quasi equites sic current. 5 Sicut sonitus quadrigarū super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam velut populus fortis præparatus ad prælium. 6 A facie eius cruciabuntur populi: omnis vultus redigentur in ollā. 7 Sicut fortes current: quasi viri belatores ascendent murum : viri in vijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis. 8 Vnusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt : sed & per fenestras cadent, & non demolientur. 9 Urbem ingre-

ingredientur: in muro current, domos  
conscendent, per fenestras intrabunt  
quasi fur. 10 A facie eius contremuit  
terra, moti sunt cæli: sol & luna obte-  
nebrati sunt, & stellæ retraxerunt splē-  
dorem suum. 11 Et Dominus dedit  
vocē suam ante faciem exercitus sui:  
quia multā sunt nimis castra eius, quia  
fortia & facientia verbum eius. mag-  
nus enim dies Domini, & terribilis val-  
de: & quis sustinebit eum? 12 Nunc  
ergo dicit Dominus, Conuertimini ad  
me in toto corde vestro, in ieiunio, &  
in fletu & in plāctu. 13 Et scindite cor-  
da vestra, & non vestimenta vestra, &  
conuertimini ad Dominum Deum ve-  
strū: quia benignus & misericors est,  
patiens & multæ misericordiæ, & præ-  
stabilis super malitia. 14 Quis scit si  
conuertatur, & ignoscat, & relinquat  
post se benedictionem, sacrificium &  
libamen Domino Deo nostro? 15 Ca-  
nite tuba in Sion, sanctificate ieiuniū,  
vocate cœtum, 16 Congregate po-  
pulū, sanctificate ecclesiam, coaduna-

te senes: congregate paruulos; & fugentes hubera: egrediatur sponsus decubili suo, & sponsa de thalamo suo.

17 Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent, Parce Dñe, parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominantur eis nationes, quare dicunt in populis, Vbi est Deus eorum. 18 Zelatus est Dñs terram suam, & pepercit populo suo. 19 Et respondit Dominus, & dixit populo suo, Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eis: & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. 20 Et eum qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis: & expellam eum in terram inuiam & desertam, faciem eius contra mare orientale, & extremum eius ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. 21 Noli timere terra, exulta & latare: quoniam magnificauit Dominus vt faceret. 22 Nolite timere animalia regionis:

nis: quia germinauerunt speciosa de-  
serti, quia lignum attulit fructū suum,  
ficus & vinea dederunt virtutem suā.  
23 Et filij Sion exultate, & latamini  
in Domino Deo vestro: quia dedit vo-  
bis doctorem iustitiæ, & descendere fa-  
ciet ad vos imbrem matutinum & se-  
rotinum sicut in principio. 24 Et im-  
plebuntur aræ frumento, & redūda-  
būt torcularia vino & oleo. 25 Et red-  
dam vobis annos, quos comedit locu-  
sta, bruchus, & rubigo: & cruca: forti-  
tudo mea magna, quam misi in vos.  
26 Et comedetis veientes, & satura-  
bimini: & laudabitis nomen Domini  
Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscū,  
& non confundetur populus meus in  
sempiternū. 27 Et scietis quia in me-  
dio Israel ego sum: & ego Dominus  
Deus vester, & non est amplius: &  
non confundetur populus meus in  
æternū. 28 Et erit post hæc: effun-  
dam spiritum meum super omnē car-  
nē: & prophetabunt filij vestri & filix  
vestre, senes vestri somnia somniabūt,

& iuvenes vestri visiones videbunt.  
 29 Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. 30 Et dabo prodigia in caelo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. 31 Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem: ante quam veniat dies Dñi magnus & horribilis. 32 Et erit: omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit: quia in monte Sion, & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit Dñs, & in residuis quos Dominus vocauerit.

1 **C** *Anite tuba in Sion:* Iubet propheta & in propheta omnes, qui Dei possunt audire sermonem (vt ait Hiero.) tuba canere in Hierusalem, vt populum conuocent, & ad poenitentiam adhortentur.

2 *Conturbentur.* Vehementi timore.  
 2 *Quia venit dies Domini.* Dies captiuitatis, in quo Dominus magna facturus est.

*Dies tenebrarum.* Hiero. in quo omne letitiae lumen auferetur.

*Quasi mane expansum.* Id est, late expandetur, & celeriter.

*Generations, & generationis.* Nunquam hūc populū fortius & crudelius impugnabit. 3 *Ante faciē eius.* Hiero. quidquid attinget, quasi vorax flamma, consumet, nihilq; post se integrum derelinquet.

4 *Quasi aspectus equorū.* In præliū ruentiū, vide Job. 39. In his omnibus, quasi dicit identitatem, potius quàm similitudinem; nisi cum Hiero. hæc & sequentia de locustis velimus intelligere.

6 *Cruciabuntur.* Timore & dolore. *Redigentur in ollam.* Nigrescent, sanguine præ timore ad cor refugiente.

7 *Sicut fortes current.* Coniuncta est enim cum fortitudine velocitas.

*Viri in vijs suis gradientur.* Vnusquisque locum sibi signatum tenebit, nec vnquam deseret, neque alteri obstabit. Exercitus recte ordinatus, etsi parvus sit, habet magnam fortitudinem. Cant. 6. *Terribilis vis castrorum acies ordinata.*

8 *Per fenestras cadent, & non demolientur.* Significat hic & paulopost Chaldæos celeritatem victoriæ appetentes, clausis ianuis, per fenestras audacter irrupturos, nec tamen lædentur, aut occidentur; tanta erit eorum peritia, & fœlicitas.

10 *A facie eius cōtremuit terra.* Sonitu equo-

rum & quadrigarum, & exercitus.

*Moti sunt cali.* Tonitru.

*Sol & luna obnebrati sunt.* Exercitu vastif-  
simam pulueris nubem excitante, quæ so-  
lis aspectum impediatur.

*Vocem suam.* Id est tonitrua, Psalm. 17.  
& intonuit de celo Dominus, & altissimus de-  
dit vocem suam.

11 *Ante faciem exercitus.* Ut exercitum ad  
se conuocatum exhortetur in prælium.

*Quia multa sunt nimis.* Venit enim mag-  
nus exercitus, & ideo voce ducis sui ex-  
hortante, & fauente adiuuatus est.

12 *Conuertimini ad me.* Ut tanta mala vite-  
tis, & dolorem cordis ieiunio, & fletu, &  
planctu indicare.

13 *Et non vestimenta vestra.* Tantummodo.  
*Præstabilis super malitia.* Fortior & supe-  
rior omni ira, id est, flecti solet, & placari  
ac mutare sententiam, *super malitia*, id est,  
afflictione, quam parabat inferre.

*Quis scit si conuertatur.* Fortasse mutabis  
sententiam.

*Et relinquit post se benedictionem.* Id est, vber-  
tatem fructuum terræ, ut possitis latari, &  
habeatis, vnde sacrificia offeratis, vel, ad-  
huc moneo, ut sacrificijs Deum placetis.

16 *Sanctificate Ecclesiam.* Præparate eam,

vt cum pœnitentia in Dei conspectum veniat.

*Congregate paruulos.* Vt vagitu Deum ad misericordiam prouocent, vt factum est Iudith. 4.

*Egrediatur sponsus.* Etiam iustis voluptatibus supersedendum est pœnitentiæ tempore.

17 *Inter vestibulum & altare.* Plorant inter populi atrium, & altare holocaustorû, vt melius audiantur, & fletu populû ad pœnitentiam excitent.

*In opprobrium.* Maximum enim eius opprobrium est, quod populus tuus nationibus seruiat, & ab illis ob hoc rideatur Psal. ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum, & inuotescat in nationibus coram oculis nostris.

18 *Zelatus est.* Amore & misericordia erga suos motus est, & indignatus est, quod tam durè ab alienis tractaretur.

19 *Ecce ego mittam vobis frumentum.* Hoc factum est postquam reuersi sunt è captiuitate Babylonica, cum populus locupletatus fertilitate, & auctus est.

*Non dabo vobis vltra.* Nisi me vehemētius ad iracundiam prouocaueritis, vt cum filium meum occidistis.

20 *Enim qui ab aquilone est.* Loquitur de

exercitu Assyriorū, duce Holoferne, inuadente Iudæam, & Galilæam, & à Bethulia incipiente.

*In terram inuiam.* Est enim desertum à terra promissionis euntibus in Assyrios, vt diximus Hoseæ. 13.

*Contra mare Orientale.* Contra mare Galilææ, fugiebant enim in terram suam.

*Ad mare nouissimum.* Timore exanimati, & quò se vertant, nescientes, in omnem partem fugient, & totam Galilæam implebunt vsque ad mediterraneum mare, præsertim, cum exercitus ex variis regionibus collectus esset Iudith. 3. & ita in omnes partes fugiebant.

*Ascendet fator eius.* Ex multitudine occisorum ab Israelitis persequentibus, Iudith 15.

*Qui superbè egit.* Putauit neminè sibi posse resistere.

21 *Noli timere terra.* Prædicat temporalem vbertatem, & post aliquot annos Christi aduentum. Opponit autem singula singulis quæ cap. 1. dixerat, cum de sterilitate loquebatur.

23 *Doctorem iustitiæ.* Qui nos cum potestate docebit, & leges feret. Totum enim hoc significat, Hamorè, illum doctorem.

*Et descendere faciet ad vos.* Vtitur omnibus verbis, quibus temporalis vbertas significari solet, per quæ metaphoricè felicitatè spiritualè nouæ legis literaliter significat.

*Matutinum, & serotinum.* Matutinum mense Octobri, cum sit sementis, estque temporaneus imber, & primus. *Serotinū* mense Martio, vt fructus maturescant. Intelligit gratiam præuenientem, & cooperantem, & copiam doctrinæ, & auxiliorum Dei.

*Sicut in principio.* Cum vestram salutem amantissimè curabat.

25 *Reddam vobis annos.* Omnia damna spiritualia, quæ antea vobis dæmones, & peccata intulerant, vbertate donorum legis gratiæ refarciam.

*Fortitudo mea magna.* His enim suppliciis spiritualibus peccata vestra fortiter puniui.

26 *Non confundetur populus meus.* Nemo enim i. i. hæc auferet.

27 *Et non est amplius.* Non est Deus præter me.

28 *Effundam spiritum meum.* In die Pentecostes, Actorum 2. Largissime super omnis conditionis homines sine exceptione sexus, aut ætatis.

*Prophetabunt.* Vt Agabus.

*Visiones videbūt.* Vt Ioānes in Apocalypsi.

*Somniabunt.* Vt Paulus Actorum 16.

29 *Sedet super seruos meos.* Non solum super filios vestros, & semen Abrahamæ, sed etiam super gentiles, qui in me credent, & prophetabunt etiam, vt exposuit Petrus Act. 2.

30 *Et dabo prodigia.* Loquitur de signis iudicij, quasi diceret, cum misero spiritum Sanctum, iam nõ erit alia lex expectanda, sed illa, quæ tunc prædicabitur, est recipienda, non restat post hanc effusionem spiritus, nisi aut legem illam recipere, aut iudicium expectare, quod idẽ ait Apostolus ad Hebræos. 10. *Voluntarie enim peccantibus nobis,* &c. Et ideo ait *omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit,* quasi dicat, non datur aliter effugere hoc terribile iudiciũ, quàm nomen Christi inuocando, nec potest esse saluus nisi in monte Sion, & in Ierusalem, id est, in Ecclesia Christi figurata per Sion & Ierusalem.

*Sanguinem.* Ex incredibili multitudine occisorum in prælijs ignem fulgurum & fulminum; vaporem fumi ex rebus, quæ fulminibus vrentur; hæc sunt prodigia in terra. Vide Matth. 24.

31 *Sol cõuertetur in tenebras.* Hæc sunt signa in cœlo Matth. 24. *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum.* Vide Iai. 34.

32 Sicut dixit Dominus. Rup. in præscientia sua, in qua elegit saluandos. Vel, alludit ad secundum caput Isaiaë, vbi multa dicit de Ecclesia. vel, sicut dixit mihi, cum hæc reuelauit, quæ scribo.

Caput III.

1  Via ecce in diebus illis, & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalem: 2 Congregabo omnes gentes, & deducā eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel, quos disperferunt in nationibus, & terram meam diuiserunt. 3 Et super populum meum miserunt sortem, & posuerūt puerum in prostibulum, & puellam vendiderūt pro vino vt biberēt. 4 Verūm quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæsthinorum? nunquid vltionē vos reddetis mihi? & si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissi-

vicissitudinem vobis super caput vestrum. 5 Argentum enim meum & aurum tulistis: & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra. 6 Et filios Iuda, & filios Ierusalem vendidistis filijs Græcorū vt longè faceretis eos de finibus suis. 7 Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos: & cōuertam retributionē vestram in caput vestrum. 8 Et vendam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & vānundabunt eos Sabæis genti lōginquæ, quia Dominus locutus est. 9 Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscite robustos: accedant, ascēdant omnes viri bellatores. 10 Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: Quia fortis ego sum. 11 Erūpите & venite omnes gentes de circuitu, & cōgregamini: ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos. 12 Cōsurgant & ascendant Gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes

tes in circuitu. 13 Mittite falces, quoniam maturavit messis: venite, & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. 14 Populi, populi in valle cōcisionis: quia iuxta est dies Dñi in valle cōcisionis. 15 Sol & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. 16 Et Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalē dabit vocem suam, & mouebūtur cæli & terra, & Dominus spes populi sui & fortitudo filiorum Israel. 17 Et scietis quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion in monte sancto meo: & erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius. 18 Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. 19 Ægyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis, pro eo quod inique egerint in filios Iuda, & effude-

runt

rint sanguinem innocentem in terra sua. 20 Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ierusalem in generationem, & generationem. 21 Et mundabo sanguinem eorum, quos non mundaui: & Dñs commemorabitur in Sion.

1 **Q**uia ecce in diebus illis. Continuat prophetiam iudicij, cum ijs quæ dixit in fine cap. 2.

*Cum conuertere.* In fine mundi, vt vidimus Hofeæ. 3. Rom. 11. *Cecitas ex parte contingit in Israel, &c.*

2 *In vallem Iosaphat.* Vt in eo loco iudicet dominus, vbi iudicatus est, & vnde ad cœlos gloriosus ascendit.

*Disceptabo cum eis.* Dicam enim quid illi cōtra me fecerint, & ipsi vicissim pro se, si quid poterūt, respōdebūt, vt fit Matth. 25.

*Super populo meo,* super Israel Dei, id est, super electis, vt diximus Hofeæ 1. in fine.

*Quos disperseunt.* Per ea, quæ Israel secundum carnem passus est, significat ea, quæ quotidie à reprobis patitur Israel Dei. Eiecerunt eos proprijs sedibus, & in alias regiones exules deportarunt.

*Et terram meam, &c.* Facultates meas inter se diuiserunt, & eis pro seruis vsi sunt,

missa

missa sorte, quis cui seruiret.

3 *Et posuerunt puerum in prostibulum.* In meretricem, vt eo turpiter abuterentur.

*Et puellam vendiderunt pro vino.* Ad quæstû eam exponentes more lenonum, vel, (vt ait Hierony.) alijs eam vendentes, & libidini gulam præferentes.

4 *Quid mihi & vobis Tyrus, & Sidon.* Quid vobis rei mecû est, per Tyrum & Sidoné, & terminos Palæstinæ figuratè intelligit vicinos terris electorum populos, qui nulla iniuria prouocati, semper hostiliter insectantur electos, & quantum possunt, lædunt.

*Nunquid vltionem vos reddetis mihi.* Id est, poteritis ne dicere, vos vltionem sumere de me, id est, de electis meis, cum illos iniuria afficitis, quasi diceret minimè, nunquàm enim vos læserunt.

*Et si vlciscimini.* Quod si adhuc putatis vos iniuria affici à meis, quod mores vestros non probent, sed coarguant potius, valde citò ego illos vlciscar & de vobis supplicium sumam, cum ad iudicium venero.

6 *Filij Græcorum.* Id est, gentilibus.

8 *Suscitabo eos.* Quasi iacètes & neglectos à vobis.

8 *Vendam filios vestros.* Non solum vos, sed & filios vestros vestrę impietatis heredes, per manus Apostolorum & ceterorum electorum (qui mecum iudicabunt impios) tradam in æternam seruitutem.

*Et venundabunt eos Sabæis.* Per Sabæos, quod nomen significat captiuantes, intelligit dæmones, vnde & septuaginta verterunt; venundabo eos in captiuitatem, id est, iudicantes cum Christo electi tradent vos in æternam seruitutem dæmonibus cruciandos, vnde nunquam redire poterunt; ideo enim ait *genti longinquæ.*

9 *Clamate hæc ingentibus.* Ironice conuocat omnes persecutores electorum, quasi dicat; festinate bellum illis inferre, nemo ab hoc bello se excuset.

11 *Ibi occumbere faciet.* Quasi diceret, hic enim erit tãti apparatus exitus, ibi omnes in æternam mortem damnabimini, me iudicante. *TROS* autem dicit loquens omnibus reprobis, quia vt vnus populus reputantur, & vna generatio.

13 *Mittite falces.* Quoniam maturauit messis. Christus angelis præcipit, vt in fine mundi congregent omnes homines malos in vnum locum, vt manipulos demessos in vnum aceruum; quoniam iam matura est

ra est messis, vt iudicentur. Hoc intelligitur optimè ex Matth. 13. vbi Dominus sigillatim hæc exponit, *messis est finis mundi, messores angeli.*

*Quia plenum est torcular.* Vt doceat se non de vna gente, sed de incredibili hominum multitudine ex omnibus gentibus loqui, dixit secūdo *Exuberans torcularia*, id est, iam præparatæ sunt vix, solū superest vt calcetur in torculari, iã creuit malitia, creuerūt peccata, quantum sinenda erant à Deo crescere; solūm superest, vt vltimū de eis supplicium sumatur.

14 *Populi populi.* In numerabiles turbæ hominum congregabūtur in valle Iosaphat, quã vocat cōcisionis, id est, perditionis, & cædis propter supplicium in ea sumendū.

*Sol & luna obtenebrati sunt.* Erit reuera hoc in illa die, cūm dominus descendere parabit, aut hoc dicit, quia in tāta tribulatione positis cœlū, & omnes stellæ videbuntur obtenebrari. Hamos 8. *Occides illis sol meridie.*

16 *Dominus de Sion rugiet.* Terribilē sententiam in malos proferet.

*De Hierusalem.* Id est, ex loco aeris, cui respondet vallis Iosaphat prope Ierusalem. Vide eadem verba Hamos. 1.

17 *Et monebuntur cæli, & terra.* Terrore voeis illius

illius tremendæ, vt exponit Hiero. Significat hyperbolicè omnem rerum naturam quodammodò tunc trepidaturam esse, vel *cæli*, id est, cælestes angeli obstupescēt tam insolita videntes, & *terre*, id est, homines in terra trepidabunt.

*Et Dominus spes populi sui.* Cùm omnes tremant, Iusti in Christo Deo suo sperātes lætabuntur, & fortitudine atq; fiducia Christus eos replebit.

17 *Et scietis, &c.* Tunc ò electi apertè videbitis, quod nūc creditis, me esse Deum, qui Ecclesiam gubernabam, & in ea habitabam, & habito, cùm videritis solos eius filios saluari.

*Et erit Ierusalem sancta.* Tunc Ecclesia mea erit prorsus immunis ab omni labe culpæ Ephes. 5. *non habentem maculam, &c.* Et iam non erunt in ea reprobi, qui misceri solebant cum electis.

*Et alieni non transibunt per eam.* Reprobi foris manebunt Apocal. 22. *foris canes, &c.* Et ita non poterunt transire per eam, id est, nocere ei, vt exponit Rup. Hoseæ. 10. *Ego transiui super pulchritudinem colli eius.*

18 *Stillabunt montes dulcedinem.* Tunc perfectè, atque integre implebitur promissio illa toties repetita, q̄ daturus esset Deus fi-

lijs Israel terram fluentem lacte, & melle; significat autem his metaphoris vitam omni iucunditate, & omnibus bonis refertam.

*Et per omnes viuos Iuda iũunt aquæ.* Id est, terra hæc semper virorem & pulchritudinem retinebit, id est, nullum finem habebunt hæc bona, terra enim aquis semper irrigata, semper vernat.

*Et fons de domo Domini egredietur; & irrigabit torrentem spinarum.* In Hebr. est torrente setim, qui locus est trās mare mortuum, de quo Num. 25. Et Malach. 6. Spinæ vocat arbores easdem, quæ dicuntur setim Esai.

47. *Dabo in solitudine cedrum & spinam,* est enim hæc arbor (vt ait Hieronym.) spinæ albæ similis folijs, & colore. Est ergo sensus, non solum voluptates illius viræ erunt sempiternæ, sed etiam homines, qui illis fruuntur, & ideò eos significat per spinas, id est, per setim, arbores imputribiles.

*Et fons de domo Domini egredietur.* Id est, à Deo ipso, & ab eius domo, id est, à loco beatitudinis, vbi ipse est, & erit perennis (nihil enim est in domo Dei non perenne) & ita arbores semper viuebunt, eruntque incorruptibiles.

19 *Egyptus in desolationē erit.* Id est, terræ potētia, & opes eorum, qui affligunt populū Dei, & terreni sunt, atque cruenti, desolabūtur. Hoc idem significat *Idumæa in desertum perditionis*, Hebr. desolationis, id est, erit vt desertum vastum, & desolatum, in quo neque arbor inuenitur, neque herba.

20 *Et Indæa Patria sanctorum laudantium Deū.* Esai. 26. *In illa die cāpabitur canticū istud in terra Indæ.* Similiter loquitur de cœlesti Ierusalem, quæ non orbabitur suis ciuibus, vt terrena orbatur suis.

21 *Et mundabo sanguinem eorum.* Cum hæc facienda sunt, prius ad me conuertā integrè gētē Iudæorum, qui, propter sanguinem Christi fusum, immūdi sunt, & inimici, & tūc completo numero ciuium cœlestis Ierusalem, tam ex gētibus, quàm ex Iudæis, nihil iam restabit, nisi vt Dominus cū electis suis in ea uiuat in æternum, & in æternum ab illis videatur, Amen.

*Gloria tibi Christe, qui aterni-  
tatis nobis aditum deuicta  
morte reserasti.*

IN HAMOS  
 PROPHE TAM.

Capitulum I.



**V**ERBA Hamos, qui fuit in pastoralibus Thecæ: quæ vidit super Israel, in diebus Ozia regis Iuda, & in diebus Iero boam filij Ioas regis Israel, ante duos annos terræmotus. 2 Et dixit, Dñs de Sion rugiet, & de Ierusalē dabit vocem suam: & luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. 3 Hæc dicit Dñs: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor nō conuertam eum, eò quòd triturerint in plaustris ferreis Galaad. 4 Et mittam ignem in domum Azael, & deuorabit domos Ben-adad. 5 Et conteram ve-

Ætem Damasci: & disperdã habitatorẽ  
 de campo ideli, & tenentẽ sceptrũ de  
 domo voluptatis, & transferetur popu-  
 lus Syriæ Cyrenen, dicit Dñs. 6 Hæc  
 dicit Dominus, super tribus sceleribus  
 Gazæ, & super quatuor non conuer-  
 tam eum: eò quòd transfulerint capti-  
 uitatem perfectam, vt concluderẽt eã  
 in Idumæa. 7 Et mittam ignem in mu-  
 rum Gazæ, & deuorabit ædes eius.  
 8 Et disperdam habitatorem de Azo-  
 to, & tenentem sceptrum de Ascalone,  
 & conuertam manum meã super Ac-  
 caron, & peribunt reliqui Philisthino-  
 rum, dicit Dominus Deus. 9 Hæc di-  
 cit Dominus: Super tribus sceleribus  
 Tyri, & super quatuor non cõuertam  
 eum: eò quòd concluderint captiuita-  
 tem perfectam in Idumæa, & non sint  
 recordati fœderis fratrum. 10 Et mit-  
 tam ignem in murum Tyri, & deuora-  
 bit ædes eius. 11 Hæc dicit Domi-  
 nus, Super tribus sceleribus Edom, &  
 super quatuor non conuertam eum:  
 eò quòd persecutus sit in gladio fra-  
 trem

trem suum, & violauerit misericordiã eius, & tenuerit ultra furorem suum, & indignationem suam seruauerit usque in finem. 12 Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosra. 13 Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & iuper quatuor non cõuertam eum: eo quod dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. 14 Et succendam ignem in muro Rabba: & deuorabit ædes eius in ululatu in die belli, & in turbine in die commotionis. 15 Et ibit Melchon in captiuitatem ipse & principes eius simul, dicit Dominus.

**Q**UAE vidit. Reuelationem, & prophetiam ostendit esse, inde enim Prophetæ dicebantur. *Videntes* 1. Regum 9.

*Qui fuit in pastoribus Thecæ.* Id est, qui fuit de oppido Thecæ ex numero pastorũ, qui in vasta illa solitudine versantur.

*In diebus Ieroboã.* Id est, primis annis regni Ozia, vt diximus Hoseæ. 1. regnauit enim 22 annos, ex quibus quindecim primi fue-

runt regnante in Israel Ierobam filio Ioas. *ante duos annos terremotus.* Qui factus est, eum voluit Ozias sacrificare, & lepra percussus est. Hiero. hic & Zach. 14. & Esai. 7. & Ioseph. 9. de Antiq. c. 11. Eius meminit Zacharias cap. 14. & fuit extremo tempore regni Ieroboam.

2. *Dominus de sion rugiet.* Pastoralis sermone vocem Domini terribilem, rugitum leonũ nominat, vt ait Hiero. sed pulchrè dicit de Sion, quasi diceret, ille qui in Ierusalem colitur & à vobis negligitur, vlciscetur se, & re ipsa experiemini ipsum esse verum Deũ, & viuum, non mortuum, sicut idola vestra. Generaliter loquitur omnibus nationibus, quib⁹ postea sigillatim loquetur.

*Et luxerunt speciosa pastarũ.* Id est, pulcherimæ quæque ciuitates euertentur. Metaphora est pastoralis.

*Exiccatus est vertex Carmeli.* Id est, diuites, & plenæ delicijs domus regum, & magnatum: nam Carmelus pro fertilissimo, & amænissimo quoque loco accipitur Esai. 29. Ierem. 2.

3. *Super tribus sceleribus Damasci.* Præmittitur supplicium gentium, quæ Israël persecutæ sunt, vt videat Israel se curæ Deo esse, & amet eum, atque etiam, vt timeat,

timeat, dum videt, neque ijs parci qui nullam Dei veri cognitionem habebant. Ternario autem numero magnus numerus significatur in Scriptura, sed visitatus tamen, at cum ei aliquid additur, significatur excessus insolitus, & ita quarto peccato intelligit cumulum, & excessum peccatorum, qui iam nullo modo ferendus sit, sed vindicandus; quasi diceret, quia nō solum multa peccata fecistis, sed tot ac tanta, vt solitum peccatorum modum excedant, non differam vindictam.

*Non conuertam eum.* Vt agat pœnitētiam, sed puniam, Cū dicit *eum* intelligit populum hīc & in sequentibus.

*In planis ferreis.* Habebant hęc plaustra (vt ait Hierony.) quorum vsus erat ad triturandum, rotas subter ferreas atque dentatas, & his triturauerunt Galaaditas, ac si messis essent. Hoc. 4. Regum. 8. prædixit Heliseus.

4. *In domum Azael.* Id est, in eius posteros, Eius filius fuit *Benadad*.

*Vestem Damasci.* Omnem eius fortitudinem, qua se ab aduersarijs tuetur

*De campo idoli.* Id est habitatores Damasci perdam, quæ in amænissima & latissima planitie sita erat, & idola multa habebat.

eandem vocat *domum voluptatis*.

5 *Cyrenen.* 4. Reg. 16. Hæc Cyrene ciuitas est superioris Mediæ. Nam in superiorem Mediam translatos esse Damascenos, testatur Ioseph. Antiquit. cap. 13.

6 *Gazæ.* Prophetat in Palæstinos, quorum quinque erāt celeberrimæ ciuitates, quatuor hic nominat, quinta erat Geth.

7 *Captiuitatem perfectam.* Omnes quos ex Iudæis captiuos duxerat, nemine dempto, transtulerunt in Idumæam, vt & longius à patria abessent, & hostilius tractarentur.

8 *Reliqui Philistinorum.* Id est, Geth, & minora oppida. Hiero.

9 *Fœderis fratrum.* Quod ictum est inter Salomonem & Hiram regé Tyri. 3. Reg. 5 adeo vt sese mutuò fratres compellarent 3. Reg. 9.

10 *In marum Tyri.* Per Nabuchodonosor vt prædictū est Ezechiel. 29. & 36. & postea per Alexandrū Magnū, vt diximus Hose. 9

11 *Fratrem suum.* Filios Israel fratris Esau, quos semper ardenti odio persecuti sunt Idumei Psal. 136. *Memor esto Dñe filiorū Edom.*

12 *Theman.* Theman & Bosræ nobilissimæ vrbes Idumææ sunt.

13 *Pregna:tes Gabaad.* Hoc factū est à Naas

in illo bello. 1. Reg. 11. Ammonitarum habitant in Arabia, eorum metropolis est Rabba, siue Rabbath, id est, Philadelphia.

*Ad dilatandum terminum suum.* Vt scilicet extinctis foetibus Galaaditarum, nullus ex eis superesset, & ita in eorum terminos succederent.

14 *In ululatu.* Vincentis exercitus. Hier.

*In turbine.* Turbinem vocat magnam impugnantium vim, quae turbini, & tempestati similis erat.

15 *In die commotionis.* Quando territi, & turbati, ut ebrii, nesciunt, quo se vertant, siue, in die tempestatis.

*Et ibi Melchō.* Idolū Ammonitarum, id est, Mercurius, de quo latius cap. 5. Irridet eorum Deum, qui simul ab hostibus capiebatur, & nec seipsum defendere valebat.

Capitulum II.



Et dicit Dominus, Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non convertam eum: eo quod incenderit ossa regis Idumaeae usque ad

ad cinerem. 2 Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: 3 & disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus. 4 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit, deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierant patres eorum. 5 Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem. 6 Hæc dicit Dominus super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. 7 Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt ad puellam: vt violarent nomē sanctum meū. 8 Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnato  
rum

rum bibebant in domo Dei sui. 9 Ego autē exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & radices eius subter. 10 Ego sum qui ascēdere vos feci de terra Ægypti: & duxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. 11 Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. nunquid nō ita est filij Israel, dicit Dominus? 12 Et propinabatis Nazaræis vinum: & prophetis mandabatis, dicētes, Ne prophetetis. 13 Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. 14 Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus nō saluabit animam suam. 15 & tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam. 16 & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

1 **O**ssa Regis Idumææ. Cumulus peccatorum eorum fuit illa immanis crudelitas, qua effoderunt e sepulchro, atq; combusserunt ossa illius Regis Idumææ, qui cū Ioram & Iosaphat, in eos pugnavit. 4. Regum. 3. & sœvitiam suam, neque in morte finierunt Hiero.

4 *Legem Domini.* In Iuda, qui Deum habebat, & templum, hæc est suprema iniquitas, quòd legem violet, & idola colat; quæ peccata in alijs gentibus multo minora sunt. Ita Hiero.

6 *Pro argento iustum.* corrupti auro, imo minimo pretio, quo vix calcei emantur, iudicabant pro diuitibus, & tradebant illis, quidquid habebant pauperes, quibuscum litigabant.

7 *Qui conterunt.* opprimunt tyrannicè, conculant & pessundant.

*Et viam humilium declinabant.* Nolebant, præ superbia, cum humilibus, id est, cum pauperibus ambulare. Ita Hieron. vel, spoliantes eos, faciebant, vt in peccata incidere, nam *declinare viam* est vt illud Isai. 60. *Et viam gressuum tuorum dissipant*, vel, peruertunt iudicia pauperum, vt ait Chald. & Vatablus.

*Ad puellam.* Videlicet eandè, quæ scilicet erat

erat vxor alterius eorum. Ita Hier. & alij.  
8 *Saper vestimentis pignoratis.* Comian sobre los vestidos y prendas illorum, qui nollebant ire ad idola, vendentes; aut pignorantes ea.

*Damnantorum.* Id est, condemnatorum, & multatorum ab ipsis iniquè.

9 *Exterminari Amorrhæum.* Amoui nationes fortes, quæ terram promissam vobis, tenebant. Amorrhæi viuebant in terra Galaad, & cæteris præstabant, opibus & fortitudine, ideo soli commemorantur.

*Contrivni fructum eius.* Omnino eum perdididi, abstuli ei opes, quæ erant, vt fructus; & eradicavi, atque eieci è terra sua: perstat in metaphora arboris.

11 *Nazareus.* Domino consecratos, quod meritò inter magna beneficia numerat. De ijs Num. 6.

12 *Vinum contra legem Num. 6.*

*Mandabatis.* Vt Amasias ipsi Hamos cap. 7

13 *Eccc ego strideo subter vos.* Sicut fœno vel stipula plaustrum grauatum, longè stridet, & exululat, sic ego peccata vestra, quibus grauor, vltra a non sustinens, & fœnum incendio tradès, clamabo, & dicà; *peribit fœga à veloce, &c.* Ita Hier. & Greg. 32. moral. c. 5. vbi fœnum etiã dicit esse vitã carnaliũ.

Vel

Vel prædicit captiuitatem, *Sicut plaustrum onustum feno stridet & magnū ac molestissimum sonum edit, magis quàm si materia alia solidiori grauetur, ita ego subter vos, id est in vobis & in terra vestra ( ita enim loqui solet Scriptura ) molestissimum sonum, & vlulatum hostilis exercitus audiri faciam.*

14 *Peribit fuga à veloce. Tunc nec veloces fugere poterunt, nec fortes pugnare. Robustus, qui alios seruare se credebat posse, non poterit se ipsum seruare; sagittarius, qui fugabat alios, fugiet, & qui fugerit, siue pedibus, siue equo, tandem comprehendetur, & audacissimus quisque putabit præclare secum agi, si vel nudus effugere potuerit.*

### *Caput III.*



1 **A**vdite verbum quod locutus est Dominus super vos, filij Israel: super omnem cognationem, quã eduxi de terra Ægypti, dicens. 2 Tãtummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo  
sup er

super vos omnes iniquitates vestras.

3 Nunquid ambulabunt duo pariter,

nisi conuenerit eis? 4 Nunquid ru-

giet leo in saltu, nisi habuerit prædam?

nunquid dabit catulus leonis vocẽ de

cubili suo, nisi aliquid apprehenderit?

5 Nunquid cadet auis in laqueum ter-

ræ, absque aucupe? nunquid auferetur

laqueus de terra, antequam quid cepe-

rit? 6 Si clanget tuba in ciuitate, & po-

pulus non expauescet? si erit malum

in ciuitate, quod Dominus non fece-

rit? 7 Quia nõ faciet Dominus Deus

verbum, nisi reuelauerit secretum suũ

ad seruos suos prophetas. 8 Leo ru-

giet, quis non timebit? Dominus Deus

locutus est, quis non prophetabit?

9 Auditum facite in ædibus Azoti, &

in ædibus terræ Ægypti, & dicite, Con-

gregamini super montes Samariæ, &

videte insanias multas in medio eius,

& calumniam patientes in penetrali-

bis eius. 10 Et nescierunt facere re-

ctum, dicit Dominus, thesaurizantes

iniquitatem, & rapinas in ædibus

suis.

fuis. 11 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripiētur ædes tuæ. 12 Hæc dicit Dominus, Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auriculæ: sic eruentur filij Israel qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in Damasci grabato. 13 Audite & contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituum.

14 quia in die cūm visitare cœpero præuaricationes Israel, super eum visitabo & super altaria Beth-el: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram. 15 Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiuæ. & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multe, dicit Dominus.

1 **A**udite verbum. Cæteris nationibus omiſſis ad Iſraelem conuertit fermonem; licet etiam ad Iudam loqui probet Hierony. ex illo *super omnem cognationē, quam eduxi de terra Ægypti.*  
2 *Tantummodo vos cognoui.* Vos solos elegi, quibus benè facerē, vt populo peculiari.

Idcirco visitabo. Id est, castigabo, tum quia maiori digni estis supplicio, tū vt per pœnitentiam ad me reuertamini.

3 Nunquid ambulabunt. Id est, non possumus simul ambulare ego, & vos, cū à voluntate mea recedatis, ideo relinquam & abijciam & vos.

4 Nunquid rugiet leo. Cū leo rugit, prædā iā tenet, & dilacerare parat, ita, Deo vobis cōminante, existimate, quasi præsentē esse captiuitatem. Loquitur de rugitu leonis capta præda, vt patet ex sequentibus.

5 Nunquid cadit aus. Exaggerat, & amplificat rem eandem cōglobatis interrogationibus, vt magis terreat, & moueat; quasi dicat intelligite Deum more aucupis laqueum vobis parasse, in quem cadetis: non enim prius auferetur.

6 Si clanget tuba. Clangente tuba terrētur ciues, & bellum instare formidant; & vos Dei vocibus non terremini?

Si erit malū. Nolite in alias causas referre calamitates vestras; nihil vobis mali accidit, quod Deus iratus non immiserit.

8 Leo rugit. Deo terribiliter comminante, & vos timere oportet; & ego, licet antea propheta non essem, non possum non obedire ei, & prophetare hæc.

9 *Auditum facite in edibus Azoti.* Qui me auditis, vocate Palæstinos, & Ægyptios, vt, sicut testes fuerunt meorum erga hunc populum beneficiorum, ita videant supplicia; sed considerent prius eorum peccata, vt videant quàm iure irascar.

*Super montes Samaria.* Et de vrbe, & de tota prouinciâ intelligi potest, vt ait Hierony. Nam & tota Samaria erat montosa, & vrbs Samariæ extructa erat super montem Somer. 3. Reg. 16. iuxta quem alij montes erant.

*Videte insanias.* Id est, considerate qui tumultus excitentur, quo furore rapiantur in idololatriam, & in peccata.

11 *Circumitur.* Ab Assyrijs.

12 *Quomodo si eruat pastor.* Id est, paucissimi liberabuntur, atque ij quidem ignobiliores, & pauperiores, quos hostis non dignabitur interficere; quo modo si ex ore leonis pastor eruat ex oue auriculas, & crura, quæ nullius momenti sunt, & penè ipse leo vltro relicturus erat.

*In plaga lectuli.* Per irrisionem dicit capiendos esse eos, qui sic tuti videbantur, & in Samaria propter opes & fortitudinem terræ ita securi erant, vt qui in lectu-

lo dormiunt, Ideo ait, in plaga lectuli. Id est. in regione quietis, & securitatis. Confidunt etiam, & securi sunt propter auxilium Damasci, cum quo foedus inierunt contra Iudam. Esai. 7. & in eo, vt in grabato quiescunt.

13. & 14. *Andite & cōtestamini.* Dicite omnes Israeli, quod ipsum visitabo, & puniam, & altaria Bethel, quæ illis erant celeberrima, euertam; *Cornua altari* nominat, quoniam pulchriora erant, & in his hostiæ immolabantur.

15. *Domum hyemalem.* Reges enim, & magnates, ita voluptatibus dediti erant, vt domos haberent eburneas, vt Achab. 3. Reg. vltim. & diuersas diuersis tēporibus anni.

### Caput IIII.



**A**vdite verbum hoc vacca pingues, quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis Dominis vestris: afferte, & bibemus. 2 Iuravit Dominus Deus

in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in cōtis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. 3 Et per aperturas exhibitis altera contra alteram, & proijciemini in Armon, dicit Dominus. 4 Venite ad Beth-el, & imple agite: ad Galgalā, & multiplicare prauaricationem: & offerte manē victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. 5 Et sacrificare de fermentato laudem: & vocate volūtarias oblationes, & annūtiare: sic enim voluistis filij Israel, dicit Dominus Deus. 6 Vnde & ego dedi vobis stuporem dentiū in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & nō estis reuerſi ad me, dicit Dominus. 7 Ego quoque prohibui à vobis imbrem cum adhuc tres menses superessent vsque ad messem: & plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatē nō plui: pars vna cōpluta est, & pars super quam non plui, aruit. 8 Et venerūt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatē vt biberent aquam, & non

non sunt satiatae: & nō redistis ad me, dicit Dominus. 9 Percussi vos invento vrente & in aurugine, multitudinē hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum, oliueta vestra & ficeta vestra comedit eruca: & non redistis ad me, dicit Dominus. 10 Misi in vos mortem in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros, vsq; ad captiuitatem equorum vestrorum: & ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redistis ad me, dicit Dominus. 11 Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me, dicit Dominus. 12 Quapropter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi, preparare in occursum Dei tui Israel. 13 Quia ecce formans mōtes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercitū nomen eius.

1 **A**vdite verbum hoc vacce pingues. Optimates alloquitur, quòd nullius rei nisi ventris, & deliciarum rationem haberent, quasi dicat eos non agriculturæ sed immolationi, & esui esse præparatos, vt ait Hieronym. id est, morti, & captiuitati.

*Quæ calumniam facitis.* Iniquis iudicijs, & accusationibus spoliatis egenos, & confringitis. Id est, opprimitis & destruitis.

*Quæ dicitis Dominis vestris.* Dicitis regibus; Vos, qui potentiores estis, spoliare, & condemnate pauperes, & bonos, vt vobiscum largiùs epulemur, & luxuriemus, vel, vt Hierony. exponit, iubete tantum, & nos cuncta vastabimus.

2 *In sancto suo.* Hebr. in sanctitate sua, id est per semetipsum, qui sanctus est.

*Et leuabunt vos in contis.* Assyrii exultâtes, capita vestra hastis præfixa circumferent, & corpora vestra lacerabunt, vt crudelitatem suam fatient, & ollis feruentibus coquent, ac si carnes essent animalium.

3 *Per aperturas exhibitis.* Qui mortui non fuerint, ruptis, perforatisque muris exire compellemini ab Assyrijs, ita vt alter alterum videat, nec tamen opem vobis mutuam ferre poteritis.

*In Armon.* Loca sunt vltra montes Armeniae, vt ex Hierony. & ex Chald. intelligimus.

*4 Venite ad Bethel.* Irrisio est ironica, vt & cetera, quæ sequuntur; quasi diceret, festinate, colite idola, epulamini, non effugietis supplicium.

*Afferte mane.* Hier. ne in scelere vlla sit dilatio, diligenter, & accurate omnia facite.

*Tribus diebus decimas vestras.* Afferte hostias vestras tertio die, vt tunc eas comedatis.

Quod vtebatur Leuit. 7. quasi diceret, offerre victimas immundas. Hostiæ pacificæ, id est, quæ ex voto peculiari, aut ex gratiarum actione offerebatur, dicebantur voluntariæ, aut spontaneæ; & eodem die comedendæ erant, aut saltem sequenti; tertio autem immundæ erant, nec poterant offerri cum pane fermentato: quæ omnia videmus Leuit. 7. Quoniam autem ista illi faciebant, quasi volentes imitari sacrificia Ierusalem & male faciebant; ironice monet, vt faciant, & vocent hostias spontaneas, & vbi que dicant se satisfecisse legi, & glorientur. Hæc expositio est Hierony.

*5 De fermento laudem.* Id est, in laudem Dei, & in gratiarum actionem offerre panem fermentatum.

6 *stuporem dentium.* Id est, indignationem, & dolorem, qui ex fame sequi solet, cum quis edere non potest. Irridet autem eos, nã in alijs id à cibo venit, in illis ab inopia cibi, Ecclesiast. 30. *Et in nonissimo obstupescunt dentes tui.* Ezech. 18. *Patres nostri comederunt unam scerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Loquitur de fame tẽpore Heliz 4. Regum 3. & de tempore Helisai 4. Reg. 6.

7 *Cum adhuc tres menses superesset.* Id est, extremo tempore Aprilis (vt ait Hieronym.) quo pluuia ferotina incipit, & est maximẽ necessaria ad incrementum, & maturitatem frugum.

*Non plui.* Ne putaretis id naturæ ordine, & astrorum cursu fieri.

8 *Vt biberent aquam.* Cum terra illa sit arida, & in cisternis aquas congregent, si pluiæ desint, maius sitis, quam famis periculum est, vt ait Hierony.

9 *In vento uente.* Aere calidissimo segetes exurent.

*In durugine.* Aurugo dicitur, cum spicarum grana, quasi in puluerem vertuntur, & culmi, atque spicæ palescunt, dicitur, & ærugo, & rubigo.

10 *Missi in vos mortem.* Fame ingrauescente missi sunt multi cum cohorte militum, & pe-

& pecunia, qui frumentum in Ægypto emerent, quos omnes Deus occidit, partim peste, partim incurfu latronum. Cumque non redirent, missi sunt alij, qui in sepulta eorum cadauera viderunt, & foetorem senserunt.

11. *Subverti vos.* Ante captiuitatem magnis cladibus affecti sunt, partim ab Assyrijs, partim à fame, & peste, ita vt pauci superflites viderentur; quasi terris de incendijs raptis, ne penitus cremaretur.

12. *Hæc faciam tibi Israel.* Iterum easdem calamitates in te inducam, vel (iuxta Hieronym.) non nominat mala, vt omnia timeant, vt sit dictum, sicut iurantes aiunt: hæc mihi faciat Deus, &c.

*Preparare in occursum.* Cùm fueris apud Assyrios, ne penitus animum despondeas, sed cùm Euangelium prædicari audies, recipe Christum, quoniam ipse, qui tunc veniet, creator omnium est, & omnipotens; ex his enim solet ostendi Dei potentia, vt Iob 9. & 38.

*Et annunzians homini eloquium suum.* Id est, & cùm tantus sit, non dedignabitur hominibus loqui, eosque docere.

13. *Faciens nebulam matutinã.* Qui potens est lucem mane mittere, & subita nebula exortam

tam lucem obscurare. Quod mihi videtur dictum, quoniam ortus iustitiæ sol, non est agnitus à Iudæis, & quasi nebula interposita est.

*Et gradiens super excelsa terra.* Nihil est in terra ita excelsum, vt eius pedibus subditum non sit. Præterea, dum hæc nebula durat, omnes excelsi terræ cõuersi sunt ad eũ.

*1. Exercituum.* Id est, angelorũ propter multitudinem, & fortitudinem, & ministeriũ. Vtitur enim Deus eorũ ministerio ad hostes suos cõterendos, Psal. 102. *Potentes virtute facientes verbum illius.*

### Caput V.



**A**VDITE verbũ istud quod ego leuo super vos planctum. Domus Israel cecidit, & nõ adiciet vt resurgat. 2 Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. 3 Quia hæc dicit Dñs Deus: Vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur cētum, relin-

relinquentur in ea decem in domo  
Israel. 4 Quia hæc dicit Dominus  
Deus domui Israel. Quærite me, &  
viuetis. 5 Et nolite quærere Beth-  
el, & in Galgalam nolite intrare, & in  
Bersabee non transibitis: quia Galgala  
captiua ducetur, & Beth-el erit inuti-  
lis. 6 Quærite Dominum, & uiuite:  
ne fortè comburatur vt ignis domus  
Ioseph, & deuorabit, & non erit qui  
extinguat Beth-el. 7 Qui conuerti-  
tis in absynthium iudicium, & iustitiã  
in terra relinquitis. 8 Facientẽ Ar-  
cturum, & Orionem, & conuertentem  
in mane tenebras, & diem in noctem  
mutantem: qui vocat aquas maris &  
effundit eas super faciẽ terræ: Dñs no-  
men est eius: 9 Qui subridet vastita-  
tem super robustum, & depopulatio-  
nem super potentem affert. 10 Odio  
habuerunt corripientem in porta: &  
loquentem perfectè, abominati sunt.  
11 Idcirco, pro eo quòd diripiebatis  
pauperem, & prædam electam tolleba-  
tis ab eo domos quadro lapide ædifi-  
fica-

ficabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. 12 Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. 13 Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. 14 Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixistis. 15 Odite malum & diligite bonum, & constituite in porta iudicium: si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquijs Ioseph. 16 Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator. In omnibus plateis plantatus: & in cunctis quæ foris sunt, dicitur væ, væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. 17 Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tul, dicit Dominus. 18 Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ,

bræ, & non lux. 19 Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietē, & mordeat eum coluber. 20 Nunquid non tenebræ dies Dominus, & non lux: & caligo, & non splendor in ea? 21 Odi, & proieci festiuitates vestras & non capiam odorem cœtuum vestrorum: 22 Quòd si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra, non suscipiam & vota pinguium vestrorū non respiciam. 23 Aufer à me tumultū carminum tuorum, & cantica lyre tue non audiam. 24 Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrēs fortis. 25 Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel? 26 Et portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem idolorum vestrorū, sydus Dei vestri, quæ fecistis vobis. 27 Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.

1 **Q**uod ego leuo super vos. Vt magis eos moueat, lugubri carmine eos deplorat, *Audite verbum*, quod propter vos alta voce pronuncio, nempe planctum.

*Et non adiciet vt resurgat.* Non enim redibit ex captiuitate.

2 *Virgo Israel.* Quæ ad eò amari tenerè, & quasi virgo ornari, & custodiri solebat.

*Proiecta est.* Cæde, & fame in terra sua miserabiliter deiecta, postrata, & relicta est.

3 *Quia hæc dicit Dominus.* Vultis scire, cur non habeat adiumentum? quia ex peste & fame paucissimi relinquentur, & ita nec se ipsi tueri poterunt, & ab amicis nationibus contemnentur, vt ait Hierony.

5 *In Bersabee ibi* (vt ait Hiero.) quando Iuda errabat, idola colere consuevit. Israel autem tantum furebat amore idolorum, vt suis non cõtentus ad aliena idola trãfret.

*Galgala ceptius ducetur.* Galgala capiatur, quia erat ad ripam Iordanis, & parata Assyriorum incursum & Bethel, quæ per irrisionem dicta est Beth-auen, id est, domus idoli, aut vanitatis, erit inutilis, id est, Auen, id est, euertetur omnino. Bersabee cum esset in meridie Iudææ, non est tunc capta.

6 *Domus Ioseph.* Id est, decem tribus (vt ait Hiero.) quoniam Ephraim fuit dignitate potissimus filius Ioseph, ideò eius tribus dicitur Ioseph. Apocal. 7.

7 *Qui conuertistis in absynthium iudicium.* Ideò subuertemini, quoniã pro iustitia & sanctitate, fertis amaritudinem peccatorum, vel, quia iniusta iudicia facitis.

*Et in iustitiam in terra relinquisis.* Sinitis illam quiescere & iacere: non exercetis illam.

8 *Faciens arcturum.* Relinquitis etiam omnipotentem, qui fecit stellas & omnia. Arcturus est stella in signo Bootæ post caudam maioris vrsæ. Orion cæleste signum iuxta Tauri sidus. Meminit horum siderum, quoniam illis apparentibus imbres & tempestates excitantur, vt tacite ostendat timeri debere se, qui tempestates excitare potest & turbare illorũ quietem, eosque è patria in captiuitatem extrudere.

9 *Qui subridet vastitatem super robustum.* Id est subridendo, comminatur magna mala potentibus; ridet enim omnem humanam fortitudinem, atque contemnit; est enim subrisio iram simulantium, & tacite a lijs comminantium.

10 *Corripientem in porta.* Me vel alios prophetas

phetas, qui ad eorum cætus, qui in porta fieri solent, mittebantur. Hierony.

*Loquentem perfecte.* Id est, sermonem sanctum, vt lxx.

11 *Prædam electam.* Quidquid nobis pretiosum, pulchrumque videbatur.

*Edificabitis.* Ex diuitiis per rapinam partitis, sed non habitabitis in eis, quia capiemini ab hostibus.

12 *Fortia peccata.* Fortiter in misericordiã meam, patientiamque pugnantis, id est, multum me irritantis.

*Hostes iusti.* Conculcatores hominum iustorum.

13 *In tempore illo tacebit.* Non monebunt vos tunc viri sancti, quia videbunt aduenisse tempus vltionis diuinæ. Vel, tacebunt iusti, cum viderint tantam in iudicijs iniquitatem, nec posse se resistere: Sed prior expositio melior est; vtramque affert Hieronym.

14 *Sicut dixistis.* Semper enim dixistis Deum fore vobiscum, quia filij Abrahæ estis. Ira Hierony. Vel, erit Deus vester sicut publice eum elegistis, Iosue 24. vel iuxta Chald. & alios, sicut optastis.

15 *Constituete in porta iudicium.* Iustum iudicium exercete.

*Si forte misereatur.* Dubitatione utitur ad rei difficultatem explicandam, quæ oritur ex eorum peccatis, & ad significandam libertatem arbitrii eorum.

16 *Deus exercituum dominator.* Per se legitur dominator Adonai: exercituum vero pertinet ad nomen Deus.

*In omnibus plateis planctus,* &c. In plateis, quò omnes conueniunt, planctus resonabit omnibus sua dâna, & suos mortuos lugentibus, & dolorem publicè testantibus.

*In cunctis quæ foris sunt.* In vijs ciuitatis, vt verterunt lxx. & in vicis.

*Vocabunt agricolam.* Rusticos etiam ad urbem venientes inuitabunt ad lugendum secum; quod proprium est multum dolentiũ, qui omnes ad secum dolendũ inuitât.

*Eos qui sciunt plangere.* Vt scilicet maiorem dolorem concitent omnibus, quod in magnis malis fieri solet. Loquitur de lamentatoribus & lamentatricibus publicis, cuiusmodi multi erant apud Hebræos.

17 *In omnibus vineis erit plãctus.* Nihil enim ex eis colligetur, quia vastabũtur ab hostibus.

*Pertransibis.* Puniendo te, vt ait Hierony.

18 *Væ desiderantibus diem Domini.* Væ Israelitis, qui irridentes prophetas, aut ostendentes se fortes esse ad omnia perferenda,

aiunt optare se diem istū captiuitatis: vexabuntur enim in illo vehementissime, & in magna mala incident, quorum exitum non inueniant; sed vno rege Assyriorum, à quo affligebātur, mortuo, alius atq; alius succedet, à quo similiter affligantur, vt qui leonem euasit, & in vrsū incidit, & cum mox parieti incumbit securus, vt quiescat, ibi mordetur à colubro.

21 *odi & proiecti.* Etiam si mihi festa celebretis, & Thymiamata adoleatis in congregationibus vestris, & pinguisimas hostias immoletis, non suscipiam, neque placabor; eadem enim offertis idolis, neque vnquam à peccatis abstinetis. Hoc etiam dixit Hofeæ 8.

23 *Aufer à me tumultam.* Fastidientis vox est, & quasi magno & molesto onere grauari. Hebr. aufer de super me. Hiero. pulchrè cantica eorum, quibus laudabāt Deū, tumultum vocat, sonitumque confusum; causa mihi videtur, quoniam non ex animi deuotione prodibant, & eadem idolis offerebant.

24 *Et reuelabitur quasi aqua.* Veniet super te supplicium copiosum more aquæ inundantis, cum minimè timebis.

Et insuetia quasi torrens fortis. Subito magnoque

noque impetu veniet super te iustitia Dei, id est, vindicta.

25 *Nunquid hostias.* Cur non puniam vos seuerè, cum semper me prouocaueritis, idola colendo, adeò vt 40. annis, quibus fuistis in deserto, non mihi sacrificia obtuleritis, sed idolis, quæ tunc etiam colebatis? hoc dicit (vt ait Hierony.) quoniam & si aliquando Deo sacrificia obtulerint, vt Num. 7. & Leuit. 9. non voluntate, sed timore pœnæ faciebant, & vbicunque dabatur occasio, corde reuertebantur in Ægyptum, & in idola.

26 *Et portastis tabernaculum Moloch vestro.* Ita melius legitur. Sensus est: Eo tēpore, quo eratis in deserto, aliquando humeris portastis tabernaculū Moloch, quod insinuat Num. 25, vbi coluerunt Deos Moabitarum; & Leuit. 18. & 20. vbi multum illis prohibetur cultus Moloch. Est autem Moloch, Melchom, de quo diximus cap. 1. idolum Amonitarum & Moabitarum, id est, Mercurius, cuius simulacrum habebat (vt ait Oecumen. Acto. 7.) in extrema frontis parte lapidem transparentem in modum stellæ.

*Imaginem idolorum vestrorū.* Portastis etiā, & coluistis imagines idolorum vestro-

rum , præsertim sidus Dei vestri , quem Stephanus Actorum 7. & lxx. vocât Rempham , estque Lucifer , colebatur enim simulachro factô , in cuius capite erat stella Luciferi. Videtur autem irrifio in nomine latere , quod , cû esset stella , coleretur nomine Rempham , quod iuxta Theodotionem obscuritatem significat. Merito ergo dixit Stephanus , cû hæc verba vellet citare. *Et tradidit eos seruire militia cæli quæ fecistis vobis.* Quæ idola fecistis vobis , id est , vt essent vobis Di , sicut exposuit Stephanus. Ita Hoseæ 1. vbi habemus , *& ego non ero Deus vester* , Hebr. *& ego non ero vobis.*

27 *Et migrare vos faciam trans Damascum.* Id est , in terram Assyriorum , & Medorum 4. Reg. 17. Sed postea multiplicati , fusi sunt per alias Assyriorum prouincias trans Babylonem , & Euphratem , vt videmus apud Ioseph. 11. Antiquit. cap. 5. vbi ait , suo tempore decem tribus esse trans Euphratem fluuium Babylonis . Et quoniam ita erat tempore Stephani , dixit : *Migrare vos faciam trans Babylonem.*

Capit.

Caput VI.

**M**Æ qui opulenti estis in Sion, & cōfiditis in monte Samarię: optimates capita populorum, ingrediētes pompaticę domū Israel. 2 Trāsite in Chalanne & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæsthinorum, & optima quęque regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est? 3 Qui separati estis in diem malum: & appropinquatis folio iniquitatis. 4 Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. 5 Qui canitis ad vocem Psalterij: sicut David putauerunt se habere vasa cantici. 6 Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. 7 Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium.

8 Iuravit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum, Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatē cum habitatoribus suis. 9 Quod si reliqui fuerint decē viri in domo vna: & ipsi morientur: 10 Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est, Nunquid adhuc est penes te? Et respondebit, Finis est. Et dicet ei, Tace, & non recorderis nominis Domini. 11 Quia ecce Dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus. 12 Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis, quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitię in absynthiū. 13 Qui lætamini in nihili: qui dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? 14 Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem:

gentem: & conterent vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti.

1 **V**Æ qui opulenti estis in Sion. Inuehitur in luxuriam, & delicias optimatû vtriusque populi. In Sion autem emphasin habet, non enim superfluis diuitijs abundare aut delicijs feruire debebât viuentes in Sion, vbi Deus colitur, & tot pauperes sunt quibus Deus bene facere præcipit.

*Et confiditis in monte Samaria.* In potentia, & fortitudine regni Israel, existimâtes nûquam illam esse perituram, neque vestras diuitias.

*Capita populorum.* Qui vultis esse aliorum principes & gubernatores.

*Inredientes pompaticæ domum Israel.* Ita vt quemadmodum exponit Hieron. tumoré animi corpus ostendat & pomparum ferculis similes esse videantur, &c. Ipso corporis motu ostendunt se velle honorari, & principes iudicari. *Domum Israelis* vocat congregationem populi vt cap 7. *Reuelauit contra te Hamos in medio domus Israel.*

2 *Transite in Chalanne.* Videte etiam in temporalibus possessionibus non esse vobis prælatas eas nationes, quæ locupletissimæ iudicantur. Chalanne ciuitas est Ba-

k 5 byloniæ,

byloniæ, Genes. 10. Hemath est Antiochia non procul à Damasco, & dicitur magna (vt ait Hierony.) ad distinctionem minoris Hemath, quæ postea ab Antiocho Epiphane, dicta est Epiphania.

4 *In diem malum.* Seruati in diem laboriosissimum captiuitatis.

*Et appropinquatis.* Magis magisque in dies facitis peccatis vestris, vt veniat captiuitas.

*Sotto iniquitatis.* Id est, iniuriæ & oppressionis, id est, vt ducamini ad reges alienigenas, à quibus affligemini.

4 *Lasciuitis.* Libidini indulgetis. Hiero.

*Agnum de grege.* Optimum & pinguisimum, electum in grege. Idem significat vitulus de medio armenti.

5 *Ad vocem psalterij.* Quod David adhibuit ad psalmos Deo canendos, duodecim chordas habet, & digitis carpitur Ioseph. 7. Antiqui. cap. 10.

*Sicut David putauerunt.* Quoniam David habebat musica instrumenta, putauerunt etiam licere sibi habere; & tamen David habebat, vt Deo caneret, ipsi vt voluptati seruiant, ideoque ad conuiuia, ea adhibent. Ita carnales putant se frui posse voluptatibus, quoniam vident aliquando spirituales necessitate corporis cordos non  
nihil

nihil sibi indulgere in gloriam Dei.

6 *Bibentes vinum in phialis.* Non ad satiamdam sitim, sed ad opprimendum animum; & vngimini non ad labores corporis mitigandos oleo purissimo, sed vnguentis pretiosissimis, scilicet, ad voluptates. Phiala est poculum capacissimum.

*Vnguentis optimis.* Vtentes ad luxuriã pretiosissimis vnguentis.

*Et nihil patiebantur.* Nulla misericordia tangebatur, cū videbant contribules suos vexari à debitoribus & premi inopia.

7 *In capite transmigrantium.* Hiero. qui primi sunt diuitijs, primi captiuitatis iugum sustinebunt.

*Facto lasciuientium.* Qui simul ad voluptates, & ad comestationes conueniebant, auferentur simul; vt quorum vna fuit luxuria, vna sit & pœna, vt ait. Hiero.

8 *In anima sua.* Persemetipsum.

*Superbiam Iacob.* Vel decem tribuum, vel vniuersorum. Vtroque modo exponit Hierony.

*Domus eius.* Quæ amplitudine sua superbiam indicant Dominorum.

9 *Si reliqui fuerint.* Si pauci in domum vnã confugerint, vt mortẽ euadant communẽ, ne isti quidem euadent.

10 *Et tollet eum.* Morientur, & vnusquisq; à cognato suo cremabitur, vt ossa saltem tumulo mandentur, nam corpora integra non poterunt præ multitudine morientiũ efferri.

*Et dicit ei, &c.* Vnus manebit domi, vt è penetralibus mortuos efferat, alter portabit, & cum lassatus fuerit, interrogabit eũ, qui domi mansit; habes ne aliud cadauer, quod efferas? dicit ille, iam nullum habeo.

11 *Tace.* Cũm is, quasi rem incredibilem, iuramento confirmare volet, nullum iam esse cadauer penes se; alter ne iurando nominet, & honoret nomen Domini, prohibebit eum iurare; vsque adeo, neque tantis malis vexati, ad Deum conuertentur. Ita Hierony. Vel, impatienter & blasphemè dicit; ne nomines mihi Dominum, ne dicas mihi hæc mala à Deo venire propter nostra peccata, *tace*, nolo eius nomen audire. Ita fere Lyra.

12 *Quia ecce Dominus mandabit.* Quia tãtum peccastis, vt neque tot cladibus admoniti, ad Deum reuertamini, ecce Dominus mandabit hostibus vestris, vt insurgant in bellum cotra vos, & percutient *domum maiorẽ*. Id est, Israel *ruinis*, id est æterna captiuitate, & *Domum minorem*, id est, Iudam, *scilicet*

*Nonibus*, id est, captiuitate LXX. annorum, damno reparabili; nam domus scissa sarciri potest, quæ autem ruit, non potest. Ita Hieronymus.

13 *Nunquid currere, &c.* Non possunt rerû naturæ immutari, vt equi currât per petras more auium, aut *bucali* boues syluestres iugû recipiât, & arent; vos autem rerû naturas immutastis, & cum *iudicium*, id est, sancta opera facere deberetis, vt populus Dei, eius legibus instructus, hoc iudicium vertistis *in amaritudinem* magnorum peccatorû, & pro *fructu iustitiæ*, tulistis *absynthium*, id est opera amarissima.

14 *In nihili.* in rebus huius seculi, quæ citò pereunt; vel, in idolis.

*Assumpsimus nobis cornus.* Scilicet quibus inimicos nostros ventilauimus, id est, nostra fortitudine vicimus reges & conseruauimus regnum nostrum.

15 *Ab introitu Hemath.* Quæ postea dicta est Epiphania, & est in initio terre Promissionis ad Aquilonē. *Torrentis autem deserti*, est qui dicitur riuus, siue torrentis Ægypti, & oritur à deserto Iudææ Orientali, & intrat in mare nostrum inter Rhinocoruram & Pelusû, quasi dicat ab initio terræ duodecim tribuum vsque ad finem.

*Caput VII.*

Ac ostendit mihi Dominus Deus: & ecce fector locustæ in principio germinantium serotini: imbris, & ecce serotinus post tonsionem gregis. 2 Et factum est: cum consummasset comedere herbam terræ, dixi, Domine Deus propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? 3 Misertus est Dominus super hoc: Non erit, dicit Dominus. 4 Hæc ostēdit mihi Dominus Deus, & ecce vocabat iudiciū ad ignem Dominus Deus, & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partē. 5 Et dixi Domine Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? 6 misertus est Dñs super hoc: Sed & istud nō erit dicit Dñs Deus. 7 Hęc ostendit mihi Dominus: & ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. 8 Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides  
 Hamos

Hamos? Et dixi, Trullam cæmentarij.  
Et dixit Dominus, Ecce ego ponam  
trullam in medio populi mei Israel:  
non adjiciam vltra superinducere eū.  
9 Et demolientur excelsa idoli, &  
sanctificationes Israel desolabuntur:  
& confurgam super domum Iero-  
boam in gladio. 10 Et misit Ama-  
sias sacerdos Beth-el ad Ieroboam re-  
gem Israel, dicens, Rebellaui con-  
tra te Hamos in medio domus Israel  
non poterit terra sustinere vniuer-  
sos sermones eius. 11 Hæc enim di-  
cit Hamos. In gladio morietur Iero-  
boam, & Israel captiuus migrabit de ter-  
ra sua. 12 Et dixit Amasias ad Hamos,  
qui vides, gradere, fuge in terrã Iuda:  
& comede ibi panem, & prophetabis  
ibi. 13 Et in Beth-el non adicies vl-  
tra vt prophetes: quia sanctificatio re-  
gis est, & domus regni est. 14 Respō-  
ditque Hamos, & dixit ad Amasiam,  
Non sum propheta, & non sum filius  
prophetæ: sed armentarius ego sum  
vellicans sycomoros. 15 Et tulit me  
Domi.

Dominus cum sequeretur gregem, & dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Israel. 16 Et nunc audi verbum Domini, Tu dicis, Non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idoli. 17 Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filie tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

**E**cce fitor locustæ. Id est, produxit Deus magnam locustarum multitudinẽ, quæ est exercitus Assyriorum, quem Salmanasar duxit in terram decem tribuum quarto anno Ezechiaë, easque vastabit. 4. Reg. 18. Hoc fuit *In principio germinantium serotini imbris*; id est, quãdo Israel, post multas clades ab hostibus acceptas, germinare incipiebat, & in magnam spem sui iterum reparandi, erigi; hanc enim spem præbet terra agricolis tempore *imbris Serotini*, id est, in fine Aprilis.

*Post hanc ronsionem regis.* Id est, post hanc cladem locustarũ à rege immissam, id est, à Deo

à Deo, vel, ab Assyrio qui propter potentiam per Antonomafiam dicebatur rex) venit imber *ferotinus*, id est, populus Dei repullulare cœpit tempore Ezechix.

2 Sed eadē locusta postea ferè consummavit terram, id est, exercitus Sennacherib anno 14. Ezechix, tunc *dixi ot secro Domine*, ne penitus deleas posteritatē Iacob; iam bellis cladibusque imminutam; & pepercit Dominus, atque ita servata est Ierusalem, fractusque Sennacherib.

4 *Vocabit iudicium*. Id est, vindictam, ad ignem, id est, ut sumpto igne, Dei iniurias vlcisceretur. Loquitur de excidio Ierusalem à Chaldæis.

*Abyssum multam*. Magnam multitudinem urbium Iudæ.

*Comedit simul partem*. Id est, templum vel Ierusalem, quæ erat pars & hæreditas Domini.

5 *Quiesce*. Ne penitus deleas duas tribus; atque ita factum est, non enim penitus sunt extinctæ, sed, post captiuitatem LXX. annorum, redierunt in patriam.

7 *Saper murum litum*. Muri liniebantur luto, vel quopiam simili ad firmitatem contra iniuriam imbrium, vt ait Hierony. & videmus Ezechiel. 13. Est autem visio de

L cladi-

cladibus, quas ab Assyrijs, decem tribus acceperunt, à tempore Zachariæ regis Israel filij huius Ieroboam, donec post 49. annos omnino deleti sunt, & capti.

*Murus litus.* Significat fortitudinem regni decem tribuum, dum à Deo linebatur id est, protegebatur ab hostibus & confirmabatur.

8 *Trullam cæmentarij.* Trulla liniunt parietes cæmentarij, siue fabri murarij, & complanant.

*Ponam trullam.* Desinam linire, id est, protegere Israelem.

*Superinducere eam.* Id est, linire, & cooperire luto vel calce.

9 *Excelsa idoli.* Luci, in quibus sacrificabāt idolis.

*Sauēificationes.* Delubra idolorum.

*Super domum Ieroboam.* Hoc ait, quoniam non Ieroboam, sed Zacharias eius filius, gladio occisus est à Sellum. 4. Reg. 15. Vnde mētitus est Amasias dicens; In gladio morietur Ieroboam.

10 *Rebellauit.* Cōiurauit, siue cōgregationes fecit contra te in medio multitudinis populi.

*Non poterit terra sustinere.* Terret omnes verbis suis & ad se alliciet contra te.

12 *Et dixit Amasias.* Ipse loquitur, postquã videt regem negligere.

*Qui vides.* Id est: O tu qui es propheta. Honorificè eum cõpellat, vt libentius abeat.

*Et comede ibi panẽ.* Ibi te alent, & magni facient, vt à Deo missum: ibi poteris, quantũ voles prophetare.

13 *Sanctificatio regis est.* Est hic templum, quod rex colit, & frequentat, vel quod primus rex Iéroboam vitulo erexit.

*Domus regni.* Id est, Regia. *Esia aqui la corte,* ne turbes ciuitatem.

14 *Non sum propheta.* Meum officium est armenta & oues pascere, non prophetare, itaque non vltro huc veni, sed à Deo missus, & iterum ad meum officium reuertar.

*Vellicans sycomoros.* Ficus enim huius arboris non possunt edi, nisi vellificentur, id est, vngue, aut ferro findantur, vt exeat lac, & à sole penetrante siccantur. Dicitur hæc arbor sycomorus, id est, ficus fatua propter ignauia saporis: fructu similis est ficui, statura vero, & folijs moro, ideo etiã dicitur *συκομορέα* Luca. 19.

16 *Audi verbum Domini.* Fecit, (vt ait Hieronymus.) illud Actorum. 5. *Obedire oportet Deo.*

*Non stillabis super domum idoli.* Id est, ne prophetis tristitia cōtra Bethel; noluit enim vocare Bethel, id est, domū Dei, sed *domū idoli.*

17 *Fornicabitur.* vel cū ciuibus, vel (quod magis conuenit) cum Assyrijs victoribus, vt vel ita vitam seruare possit.

*Funiculo metietur.* Agri, quos possides, alijs distribuētur ab Assyrijs; funiculo enim fiebat distributio.

*In terra polluta.* Scilicet cultu idolorum, id est, in Assyria.

### Caput VIII.

1 **H**Æc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum. 2 Et dixit: Quid tu vides Hamos? Et dixi, Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis super populum meum Israel: non adijciam vltra, vt pertranseam eum. 3 Et stridebunt cardines templi in die illa dicit Dominus Deus: multi morientur: in omni loco proijcietur silentium. 4 Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos

nos terræ, 5 dicentes, Quando tran-  
sibit messis, & vānundabimus mer-  
ces: & sabbathum, & aperiemus  
frumentum: vt imminuamus mensu-  
ram, & augeamus siclum, & suppo-  
namus stateras dolosas, 6 Vt possi-  
deamus in argento egenos & paupe-  
res, pro calceamentis, & quisquilias  
frumenti vendamus? 7 Iurauit Do-  
minus in superbia Iacob, Si oblitus  
fuero vsque ad finem omnia opera  
eorum. 8 Nunquid super isto non  
commouebitur terra, & lugebit om-  
nis habitator eius: & ascendet qua-  
si fluius vniuersus, & eijcietur, &  
defluet quasi riuus Ægypti? 9 Et  
erit in die illa dicit Dominus, occi-  
det sol in meridie, & tenebrescere fa-  
ciam terram in die luminis. 10 &  
conuertam festiuitates vestras in lu-  
ctum, & omnia cantica vestra in plan-  
ctum: & inducam super omne dorsum  
vestrū saccū, & super omne caput cal-  
uitium: & ponā eam, quasi luctū vni-  
geniti, & nouissima eius quasi diē ama-

rum. 11 Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. 12 Et commouebuntur à Mari vsq; ad Mare, & ab Aquilone vsque ad Oriëtem: circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient. 13 In die illa deficient virgines pulchræ, & adolefcetes in siti. 14 Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit Deus tuus Dan: & viuit via Ber fabee, & cadent & nõ resurgent vltra.

**V** *Ncinius hamorum.* Vncinus est *garfio*, id est, baculus oblongus habens in cuspide ferramentũ, quo rami trahuntur, vt poma capiantur. Vocamus autem hęc poma omnes fructus æstatis mollẽ habentes corticem. Significat igitur imminere iam captiuitatem Israel, quo poma omnia non solum, quæ manucapi possunt, sed altiora & remotiora, quæ vncino egët, erant decerpenda, id est omnes Israelitæ capiendi ab Assyrijs.

**2** *Vi pe: r: n: s: e: a: m: e: u: m.* Sine punitioe. Hierony. Chal. Lyra.

3 *Et stridebant cardines templi.* Scilicet Bethelis, vel templorum dolorum: Cardines superiores intelligit, id est, tam graue malorum pondus veniet super templum, vt ferre nõ potēs, corruat. Ex quo omniũ ruina intelligitur, & ædificiorũ & hominũ.

*Proijcietur silentium.* Immittet Deus silentium in omnem locum, deficientibus, scilicet, hominibus, & locis in solitudinem redactis. Hiero. & Theodor.

5 *Quando transibit mensis.* Vos ò, diuites, qui substãtiã pauperũ rapitis, eosq; fame & inopia deficere facitis, semper dicitis; quãdo transibit Neomenia, & Sabbatum, vt triticum vendamus; videntur enim nobis præuaritia dies festi nunquam abire.

*Vt imminuamus mensuram.* Vt possimus pauperes defraudare.

*Et augramus siclum.* Supponendo clam stateram inæqualem, vt illa, in qua pecunia penditur (non enim numerabant pecuniã, sed ponderabant) sit leuior altera: & ita aliquid cogantur addere. Siclus pendit. 4. drachmas.

6 *Vt possideamus in argento egenos.* Id est, vt ita eos spoliantes, cogamus eos nobis parere, ministrareque, habentes nos argentum omne, idque minimo quouis

pretio, quale est duorum calceorum.

*Quisquilias.* Non frumentum, sed purgamenta frumenti, pulueré & paleas tritice commiscentes.

7 *Iuravit Dominus.* Hieron. vt si non credunt comminanti, credant iuranti.

*Si oblitus fuero.* Nunquam obliuiscar.

8 *Commouebitur terra.* Turbabitur magna afflictione.

*Et ascendet quasi fluitus vniversus.* Vniuersus, scilicet, habitator terræ, vt patet ex Hebræorum. i. cùm abducentur captiui, videbuntur innumeri, instar fluij, qui præ aquarum copia extra ripas effunditur, sed cùm venerint in latissimam Assyriorum regionem plenam turbis hominum, paucissimi videbuntur, sicut torrens Ægypti (de quo diximus capit. 6. in fine) qui festinus delabitur à deserto Iudææ, & ingressus in mare, absorbetur, nec vllum postea eius superest ibi vestigium.

9 *Erit in die illa.* In die captiuitatis.

*Occidet sol.* Omnis prosperitatis eorum lux, subita tristitiæ, & captiuitatis caligine obscurabitur, cùm minimè timebunt.

10 *Super omne dorsum.* In magnis calamitatibus induebantur homines sacco è cilicio facto

facto, & caput radebant, & quasi decalua-  
bant Iob 1. *Et conso capite corruens in terram  
adorauit.*

*Et ponam eam.* Ponam vniuersam terram  
eorum, qualis est mulier, quæ vnigeniti fi-  
lij mortem luget.

*Et nouissima eius.* Non solùm prima, & me-  
dia, sed nouissima etiam illius tristitia  
erunt; nullam requiem terra habebit, sem-  
per nouis doloribus turbabitur.

11 *Et mittam famem.* Qui nunc prophetas  
meos eijciunt, & contemnunt, cùm insta-  
bit tempus harum calamitatum, optabunt  
ardentissimè prophetam aliquem inueni-  
re, à quo aliquod Dei verbum audiant, vt  
tantis malis solatium sit, non tamen inue-  
nient Psal. 73. *Iam non est propheta.*

12 *Et commouebuntur.* Commoti desiderio  
inueniendi aliquem prophetam, à quo ver-  
bum Dei audiant, circumibit Israel totam  
terram suam, à mari Galilææ vsq; ad Aqi-  
lonem, nec inueniēt. Austri non meminit,  
quia pars australis erat duarum tribuum.

13 *Deficient virgines pulchræ.* Siti ex labore  
viæ & circuitationis tantæ, quibus, cùm  
personæ gratiosæ omnibus sint, minus de-  
esse solent necessaria.

14 *Iuravit in delicto Samaria.* Id est, iurant

per vitulum, in quo peccat Samaria. Per illud enim iurabant sæpè, qui videri volebant religiosiores.

*Vixit via Bersabee.* Per hanc viam iurabāt, sicut per rem sacrationem, quoniam lógissima erat omnium, & periculossima, propter bella, quæ cum duabus tribubus gerebant, in quarum termino Australi erat Bersabee; ideòque gloriosum putabant illuc aliquando iuisse, vt apud nos Compostellam, vel Montem Serratum.

*Et cadent, & non resurgent.* Peribunt & eicientur, nec in terram suam vltra redibūt.

### Caput IX.

I



Idi Dominum stantẽ super altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & noissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis: fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit.

2 Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque in cœlum, inde detraham

traham eos. 3 Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. 4 Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. 5 Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, & tabescet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Aegypti. 6 Qui ædificat in celo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius. 7 Nunquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi filij Israel, ait Dominus? nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti: & Palesthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? 8 Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans,

peccans ; & conteram illud à facie  
 terræ : veruntamen conterens non  
 conteram domum Iacob, dicit Domi-  
 nus. 9 Ecce enim mādabo ego, & cō-  
 cutiam in omnibus gentibus domum  
 Israel, sicut concutitur in cribro, &  
 nō cadet lapillus super terram. 10 In  
 gladio moriētur omnes peccatores po-  
 puli mei: qui dicunt, Non appropin-  
 quabit, & non veniet super nos malū.  
 11 In die illa suscitabo tabernaculum  
 David, quod cecidit : & reædificabo  
 aperturas murorum eius, & ea quæ  
 corruerant, instaurabo, & reædificabo  
 eum sicut in diebus antiquis. 12 Ut  
 possideant reliquias Idumææ, & om-  
 nes nationes, eo quòd inuocatum sit  
 nomen meum super eos, dicit Domi-  
 nus faciens hæc. 13 Ecce dies veniūt,  
 dicit Dominus, & comprehendet ara-  
 tor messorum, & calcator vux mittentem  
 semen: & stillabunt montes dulce  
 dinem, & omnes colles culti erunt.  
 14 Et conuertam captiuitatem po-  
 puli mei Israel : & ædificabunt ciuita-  
 tes

tes desertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibēt vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. 15 Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos ultra de terra sua quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

**V**idi Dominum stantem super altare. prophetat contra duas tribus euerfionē templi, & vrbis à Chaldæis, tempore Sedechiæ 4. Reg. vlt.

*Stantem.* Stabat quasi adiuuans & instans operi.

*Percute cardinem.* Ut incipiente ruina à templo, intelligatur totius vrbis excidiū.

*Auaritia enim in capite omnium.* Omnes cepit, superior omnibus fuit. *Ha se enseñoreado dellos.*

*Et nouissimum eorum.* Id est, eos, qui reliqui fuerint ex ipsis, vt etiam verterunt lxx. id est, omnes interficiam, neminem relinquam.

*Non erit fuga eis.* Hyperbolicis verbis ostendit neminem ex eis fore, qui Dei manus, & supplicium euadat, vt Psal. 138. *quod ibo à spiritu tuo, &c.*

3 *In vertice Carmeli.* Eius, qui est in Iudæa, nam duabus tribubus loquitur.

4 *In malum.* Ad puniendum eos.

5 *Et Dominus Deus.* Id est, qui faciet hæc, cuius tâta est potestas, vt, si semel terrâ tetigerit, liquefaciat eam, quo verbo hyperbolicè significat dissolutionem, & quasi consumptionem.

6 *Ascensionem suam.* Qui ædificauit domû in sublimi positam, in qua habitet, id est, cœlos. Ita etiam Chald.

*Est fasciculum suum.* Id est, regionem elementarem, quæ est vt fasciculus, respectu ambitus cœli, vel, fasciculus est vniuersitas electorum vna religione constrictus, quasi quodam funiculo. Ita Hieron. & adiuuare videntur lxx. dicētes: *Promissionem suam super terram fundat.* Chald. & *super terram suam, ipsam Ecclesiam exornauit.*

*Qui vocat aquas maris.* Hier. qui vocat electos de amaritudine vitæ sæculi, & in altû tollit, auferens quod habebant terrenû, vt veluti imbres corda sitientia irrigent doctrina Euangelij.

7 *Nunquid non vt filij Æthiopum.* Quasi diceret, licet sitis mali, speratis meritis patriarcharum patrum vestrorum vos esse subleuandos, ne à me deleamini. At nō mihi videmini

demini patriarcharum filij, sed Æthiopū,  
pleni enim peccatis nulla re illis similes  
estis.

*Nunquid non Israel ascendere feci.* Si fortè hac  
spe nitimini, quòd vos ex Ægypto eduxe-  
rim; idem beneficium præstiti Palæsthis  
& Syris, & tamen, quia mea beneficia pec-  
catis sequētibus perdiderūt, ita illos per-  
cutiā, ac si nūquàm eis benefecissem: & vos  
idē timete, non enim parcā regno peccāti.

8 *Non conteram.* At vos non omnino conte-  
ram; puniam, sed non profus delebo.

9 *Ecce enim ego mandabo.* Statui vt ita fieret;  
dispergam Israel per nationes, & in tota  
terra calamitatibus, quasi cribro, concu-  
tiam; soli tamen peribunt illi, qui à me re-  
iecti sunt, quique per pœnitentiam ad me  
redire noluerint.

*Non cadet lapillus super terram.* Pulvis tan-  
tùm cadet, id est, reprobi. Psal. i. *sed tanquā  
pulvis,* &c. at lapilli, id est electi, etsi mini-  
mi sint, tamen consolidati, & conglo-  
bati per pœnitentiam, vt ex eis domus mea  
ædificetur, non cadent.

10 *In gladio morientur.* Qui neq; minis pro-  
phetarum meorum crediderunt, neq; sup-  
plicia in lege prædicta timuerunt.

*In die illa suscitabo.* Loquitur de voca-  
tione

tionem gentium, ut exponit Iacobus Acto-  
rum 15. Et more Scripturæ ait, *in die illa*, id  
est, non tunc, sed postea. Ideò Iacob ait, *post  
hoc venietis.*

*Tabernaculum David.* Domum David, siue  
domum Iacob. Nam regnum David fuit fi-  
gura spiritualis regni Christi Luca 1. *Da-  
bit illi Dominus Deus sedem David patris eius, &  
regnabit in domo Iacob in æternum.* Tabernacu-  
lum autem dicit, quoniam tabernaculum  
Moyfis, quod per desertum portabatur, fi-  
gura erat Ecclesiæ per desertum huius sæ-  
culi in cœlum tendentis. Hoc tabernacu-  
lum fuit populus Iudeorum, & cecidit per  
incredulitatem non recipiendo Christum,  
& restauratum est ex gentibus venienti-  
bus ad Euangelium, vel, simpliciter filios  
Ecclesiæ vocat *tabernaculum*; in illis enim  
habitat Deus,

*Sicut in diebus antiquis.* Tempore Iosue, &  
proximorum iudicum, cum nullum erat  
idolum in Israel, Iosue vlt. de his Isai. 1.  
& *consiliarios tuos sicut antiquitus.*

12 *Vt possideant reliquias Idumææ.* id est, ut  
prædicatores Euangelij possideant, & ob-  
tineant, quidquid reliquum fuerit de po-  
pulo gentium. *Reliquias* vocat, quos Deus,  
cæteris in infidelitate manentibus, & per  
cunti-

eūtib; sibi reſeruauit, & reliquit. *Iſaiæ. 10. Reliquiæ conuertentur,* & *Rom. 11. Per Idu mæos autem, infestifſimos Iudæis, omnes nationes inimicas populi Dei intelligit.*

*Eo quod inuocatum ſit nomen meum.* *Eo quod* has gentes, meas eſſe ac dici volui. Vel, eo quod nomen meum eis prædicatum, & ma niſtatum eſt.

13 *Ecce dies venient.* Figuratis verbis, ſub metaphora temporalis fertilitatis, oſtendit abundantiam gratiæ nouæ legiſ. Tanta erit fertilitas, & tam fæcundæ ſegetes, vt prius arandi tempus veniat, quàm illæ demeſſæ ſint; cūm autem demeſſæ, conditæ fuerint in horrea, & ceperint ſeminare, erit iam tempus calcandi vuas.

*Si illabunt montes dulcedinem.* Riuſ lactiſ, & mellis per eos fluent, & nulluſ collis in fructuoſuſ erit, omniſ terra coletur, & plena erit fructu. Significat copiam Euan gelicæ doctriinæ vbiq; futuram, feruorem, ac deuotionem, & copiam gratiarum; & lætitiã ſpiritualem & aſperarum, at que incultarum gentium conuerſionem.

14 *Populi mei Iſrael.* Non Iſraeliſ ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum, vt vidimus *Hoſeæ 1.* Hoc eſt, hic populuſ exhibit de captiuitate diaboli.

*Ædificabunt ciuitates desertas. Ecclesias per orbem ædificabunt.*

*Plantabunt vineas.* Qui è captiuitate redierunt, si securi sunt, plantant vineas, & hortos. Est ergo sensus, degent in tranquillissima pace, & in omnium bonorum abundantia; neque erit vllus, qui eis tollere possit hanc libertatem, & spiritua-lem lætitiã.

15 *Plantabo eos super humum suam.* Id est ponam eos firmiter in Ecclesia, quam dedi eis vt in ea germinent, & crescant. Hæc ad literam nunquam impleta sunt in Iudæis, neque implebuntur.



**I N**



# IN H A B D I A M P R O P H E T A M.

**I** S I O Habdia.  
 Hæc dicit Domi-  
 nus Deus ad Edom:  
 Auditum audiui-  
 mus à Domino, &  
 legatum ad Gentes  
 misit. Surgite, & confurgamus ad-  
 uersus eum in prælium. 2 Ecce par-  
 uulum dedi te in gentibus: contem-  
 ptibilis tu es valde. 3 Superbia cor-  
 dis tui extulit te, habitantem in scis-  
 furis petrarum, exaltantem solium  
 tuum: qui dicis in corde tuo. Quis de-  
 trahet me in terram? 4 Si exaltatus  
 fueris vt aquila, & si inter sydera po-  
 fueris nidū tuum; inde detrahā te, di-  
 cit Dominus. 5 Si fures introissent ad

te, si latrones per noctem, quomodo conticuiſſes? nonne furati eſſent ſufficiētia ſibi? ſi vindemiatores introiſſent ad te, nunquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi? 6 Quomodo ſcrutati ſunt Eſau: inueſtigauerunt abſcondita eius? 7 Viſq; ad terminum emiſerunt te omnes viri foederis tui: illuſerunt tibi: inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ: qui comedent tecum, ponent inſidias ſubter te: non eſt prudentia in eo. 8 Nunquid non in die illa dicit Dominus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau? 9 Et timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Eſau. 10 Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & peribis in æternum. 11 In die cum ſtares aduerſus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper Ieruſalem mittebant fortem: tu quoque eras quaſi vnus ex eis. 12 Et non deſpicias

cies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die angustia. 13 Neque ingredieris portam populi mei in die ruina eorum: neque despicias, & tu in malis eius in die vastitatis illius: & non emitteris aduersus exercitum eius in die vastitatis illius. 14 Neque stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. 15 Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum. 16 Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, & bibent & absorbebunt, & erunt quasi non sint. 17 Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit domus Iacob eos, qui se possederant. 18 Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula & succendentur in

cis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquæ domus Esau, quia Dominus locutus est. 19 Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt, mōtem Esau, & qui in cāpestribus Philisthim: & possidebunt regionem Ephraim & regionem Samariæ, & Benjamin possidebit Galaad. 20 Et trāsmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia Chananaeorum vsq; ad Sareptam: & trāsmigratio Ierusalē, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. 21 Et ascendet saluatores in mōtem Sion iudicare montē Esau: & erit Domino regnū.

1 **A**D Edom, Prophetat contra Idumæos, qui infestissimi semper fuerunt Iudæis.

*Auditum audiuius.* Me, atque alios prophetas misit Dominus, vt prophetemus contra vos: innuit autem Isaiam, Ieremiā, Hamos, qui contra Idumæos prophetarūt.

*Legatum ad gentes misit.* Chaldæos, & eis subditas nationes concitauit Deus in bellum, perinde ac si legatum ad eos misisset.

*Surgite.* Verba sunt nationum murò se exhortantium in præliū contra Idumæos.

2. *Ecce parvulum dedi te.* Parvulus es numero respectu aliarum nationum; & tamen, quia habitas in præruptis montibus, ad quos difficilis est accessus, & tugurijs subterraneis vteris inter petras, putas neminem posse te inde deducere: at deduceris propter superbiam tuam, & capieris. Ita intelligit Hieronym. illud. *Ecce parvulum dedi t.* Lyra vero, & Vatablus, Veniet contra te innumere gentes, quarum comparatione exiguus sis, & contemptibilis; & capieris.

5. *Si fures introissent ad te.* Certè præ timore taceres, aut præ somno, venientibus noctu latronibus; & illi auferrent, quæ sibi sufficerent, id est, non omnia auferrent, sed aliquid tibi reliquissent, Similiter si vendimiatores à te conducti, vel homines hostiliter grassantes venirent, saltem aliquem racemum relinquerent; at venient Chaldæi, quibus non magis obstare poteris, quàm si somno captus es, aut præ timore magno taceres, & auferent, quidquid habes, nihilque tibi relinquent.

6. *Quomodo serasit sunt Esau.* Penetrabunt intra subterranea tuguria, & quidquid habebas reconditum, videbunt & auferent.

7. *Vsq; ad terminum emiserunt te.* Qui tecum foedus inierant, qui tecum pacem habebant,

Videntes contra te potentissimum exercitum Chaldæorum, addent se illis socios, & contra te pugnabunt, ac te deducēt usque ad terminos terræ tuæ, cū in captiuitatem ducēris.

*Subter te.* In terra tua Hamos 2. *Ecce ego stridebo subter vos.*

*Non est prudentia in eo.* Re ipsa patebit, quā stulti fuerint Idumæi, dum sperant in ijs qui aduersarij demonstrati sunt. Hierony. 8 *Nunquid non in die illa.* Auferam vobis omnem sapientiam, & prudentiam, vt bonis consilijs destituti, facilè ab hostibus capiāmini.

*De monte Esau.* De monte Seir possessio ab Esau, in quo erat Idumæa.

9 *Et timebant fortes tui à meridie.* Etiam illi, qui fortes videbantur in te, qui que remotiores ab hostibus sunt, quia sunt magis ad meridiem, timebunt, & ita cæteri omnes Idumææ exterminabuntur, & peribunt.

10 *Propter interfecionem.* Ideò ista patieris, quia in Iudæos fratres tuos semper cedes, atque odia exercuisti, si quidem cū Chaldæi, tempore Sedechiæ, Ierusalé exciderunt, sorteq; miserūt, in diuisione prædaram: tu eorū socius eras, hostesq; adiuuabas Psal. 136. *Memor esto Dñe filiarum Edom.*

12 *Et non despicies.* Quam obrem simile gaudiū posthac nō capies, nec videbis iterum afflictionem Iudæorum, nec poteris facere quæ in priori captiuitate contrā illos fecisti. Non intelligit hoc de captiuitate sub Tito, sed de aliqua priori.

Secundus sensus est; ex euētū tuo disces nō lætari de aliorum infortunijs, tu enim similia patieris.

Tertius, Nō debebas videre afflictionē fratris tui Mich. 4. *Aspiciat in Sion oculus noster* neq; lætari in illa, vt ita cætera exponantur, &c.

*In die peregrinationis.* Cum captiui abducti sunt.

*Non magnificabis os tuum.* Non iactanter loqueris quōd fortiter cōtra eos pugaueris.

13 *Non emitteris.* Vt fugiētes persequaris.

*Non cōcludes reliquos eius.* Deos qui in ciuitate manserunt, non concludes, ne fugiāt.

15 *Quoniam iuxta est dies Domini.* Ideo non poteris facere, quia tu & aliæ multæ gentes, capieris à Babylonijs.

*Sicut fecisti.* Gaudius es, & conuiuia fecisti, cū expugnata est Ierusalem; ita aliæ gentes conuiuia facient & lætabuntur, te expugnato, & absorbebunt, atq; consumēt te Babylonij & erunt Idumæi, quasi non

fuerint: aut Babylonij ipsi qui te confu-  
ment, consumentur à Medis, Vtrumque  
ex Hierony.

17 *In monte Sion erit saluatio.* Tu manebis  
captiuus, Iudæi autem liberabuntur per  
Cyrú, & in Iudæa erit saluatio. (ita. Aug.  
18. de ciuitate cap. 31. exponit mótem Sio)  
Veniet enim ad eam *sanctus*, id est, Chri-  
stus, & ita erit in ea vera salus.

18 *Domus Iacob.* Electi ex Iudæis obtinebút,  
& possidebunt nationes, quæ sibi olim im-  
perauerát, id est, cónuertét eas ad Euágeliú.

*Domus Ioseph.* Conuersi ex gétibus; filij  
enim Ioseph nati sunt ex Ægyptia. Erunt  
*ignis*, qui deuorabunt stipulam, id est, Idu-  
mæos, per quos intelligit. (vt ex parte to-  
tú) tam ipsos, quã gentiles cæteros, qui tã-  
diu vocantur Idumæi, quãdiu populú Dei  
odio habent, & persequuntur. Hoc dicit  
quasi dicat, prædicabunt Apostoli, & ele-  
cti, & vastabunt Idumæos; auferent enim  
illis integras ciuitates, & prouincias, quas  
ad fidem conuertent, & euerent idola, &  
ritus gentilitatis, & quos non conuerte-  
rint verbis suis, condemnabunt in die iu-  
dicij, & igni æterno tradent.

19 *Ether: dabitur ei, qui ad austrum, &c.* Fi-  
deles, qui primo in Iudæa erant pauci, &

exiguis finibus clauderentur, exhiberent prædicatio, & dilatarent terminos suos, vno quoque à vicinis ciuitatibus incipiente, vt fecerunt Apostoli Acto. 8. & sequentibus.

*Beniamin possidebit Galad.* Paulus initio suæ conuersionis iuit in Arabiam, Gal. Galad autem postea dicta est Arabia, vt hic dixit Hierony.

20 *Trāsmigratio exercitus huius.* Iste exercitus, qui ex Hierusalem exiit, conuertet loca Gentilium vsq; ad Sareptā, id est, vsque ad Galliam.

*Trāsmigratio ab Ierusalē qua in Bosphoro est.* Id est quæ habitat in Hispania, iuxta fretum Gaditanum, Apostoli, siue discipuli eorum, qui tunc in Hispania erunt, conuertent ad fidem ciuitates Bæticæ, quæ sunt ad Austrum, & postea paulatim cæteras.

21 *Ascendent saluatores.* Etiam si moriantur Apostoli, semper Deus mittet in Ecclesiā Episcopos, & Doctores, qui eam doceant, & contra errores, ac peccata confirmant, & oppressos à dæmone liberent & ita semper Dominus in illa regnabit non deficiente in ea fide neque charitate.

  
 I N I O N A M  
 P R O P H E T A M .

*Caput I.*



T factum est verbum  
 Domini ad Ionam fi-  
 lium Amathi, dicens,  
 2 Surge, & vade in Ni-  
 niuen ciuitatem gran-  
 dem, & prædica in ea:  
 quia ascendit malitia eius coram me.  
 3 Et surrexit Ionas, vt fugeret in Thar-  
 sis à facie Dñi, & descēdit in Ioppē, &  
 inuenit nauē euntem in Tharsis: & de-  
 dit naulum eius, & descendit in eā, vt  
 iret cū eis in Tharsis à facie Domini.  
 4 Dominus autem misit ventū mag-  
 num in mare: & facta est tempestas  
 magna in mari, & nauis perichitabatur  
 conteri. 5 Et timuerunt nauæ, & cla-  
 mauerunt viri ad Deum suum: & mise-  
 runt vasa, quæ erant in naui in mare,

vt

vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. 6 Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si fortè recogitet Deus de nobis, & nō pereamus. 7 Et dixit vir ad collegam suum, Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes, & cecidit fors super Ionam. 8 Et dixerunt ad eum, Indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis, quod est opus tuum? quæ terra tua? & quò vadis? vel ex quo populo es tu? 9 Et dixit ad eos, Hebræus ego sum, & Dominum Deum celi ego timeo, qui fecit mare & aridã. 10 Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. 11 Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescebat. 12 Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & ces-

& cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis super vos. 13 Et remigabant viri vt reverterentur ad aridam, & nō valebant: quia mare ibat & intumescibat super eos. 14 Et clauauerūt ad Dñm, & dixerunt, Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti. 15 Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. 16 Et timuerūt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

1 **E** *T factum est. Et, more Hebr. ponitur in principio, ornatus causa.*

2 *In Nininē. Quæ à Græcis dicitur Ninus, aut Nina metropolis Assyriorū ad Tigridem. Ostendit sibi curæ esse omnes gentes, seque omnium misereri.*

— *Ascendit malitia eius. Ita creuit, vt, etsi misericors sim, iam dissimulare nequeam, quin puniam.*

3 *Vt fugeret in Tharsis. In mare, siue in Carthaginem: & dicitur à facie Domini fugere, quia*

quia imperata sibi, facere nolebat.

*Descendit in Ioppen.* Ioppe enim portus Iudææ est in campestribus, & ipse de montanis veniebat.

*Naulum eius.* Pretium pro vectura.

5 *Clamauerunt viri.* Vnusquisq; Deos suos implorabant.

*Descendit ad interiora.* Ne fluctus diuinæ iræ vindices videret, sciebat enim se causam esse tempestatis.

*Dormiebat.* Non præ securitate, sed præ tristitia. Hierony. Vt Apostoli in passione. Lucæ. 22.

6 *Recogitet.* Mutet sententiã, ne perdat nos.

7 *Cecidit fors.* Deo ita volente, vt cognosceretur propheta causa esse tempestatis; gentiles enim maximè fortibus credebant.

8 *Quid est opus tuum?* Certius scire volunt, an rectè fors ceciderit, & ex officio, aut patria volût cognoscere, an sceleratus homo sit, si ipse fortè factum negauerit.

*Hebræus ego sum.* Ex genere eorum, qui verum Deum colunt; itaque ego non sum cultor idolorum, sed veri Dei, qui cælum & terram fecit.

11 *Ibat.* Crescebat, & intumescebat, idest. fluctus maiores tollebat.

12 Tollite me. Noluit culpa sua alios im-  
meritos perire.

13 Et reuertentur ad aridam. Ne prophetā  
in mare mitterent.

14 In anima viri istius Propter mortē huius.

20 Ne des super nos sanguinem innocentem. Ne pu-  
nias nos, quod hunc hominem occidimus,  
à quo læsi non sumus, vel, ne punias nos,  
ac si innocentem occidissēmus, quia tu Do-  
mine, sicut voluisti, fecisti, id est, tu facto tuo  
indicasti illum innocentem non esse, quā-  
do quidem, vt puniretur, tempestatem ex-  
citasti.

15 A seruore suo. LXX. à cōmotione sua.  
Chald. à tempestate sua. Hiero. stetit, quia  
iam cōsecutus erat, ac tenebat fugitium,  
quem sequebatur.

16 Hastias Domino. Cordis contriti, vt ait  
Hiero. vel, animalia, cū ad littus vene-  
runt vt Theophil. ait.

### Caput II.

**I**T præparauit Dominus  
piscem grandem vt de-  
glutiret Ionam: & erat  
Jonas in ventre piscis tri-  
bus diebus & tribus noctibus.

2 Et orauit Ionas ad Dominum Deū suum de ventre piscis. 3 Et dixit. Clamaui de tribulatione mea ad Dominum: & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.

4 Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circūdedit me: omnes gurgites tui; & fluctus tui super me transierunt.

5 Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorū tuorū: veruntamē rursus videbo tēplum sanctum tuum.

6 Circūdederūt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum.

7 Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluderunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.

8 Cum angustiaretur in me anima mea, Domine recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

9 Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt.

N

10 Ego

10 Ego autem in voce laudis immo-  
labo tibi: quæcunq; voui reddam pro  
salute Domino.

11 Et dixit Dominus pisci: & euo-  
muit Ionam in aridam.

1 **P**iscem grandẽ. Subito adesse fecit mag-  
num piscem, incertum autem cuius  
generis fuerit.

2 *Exaudivit me.* Promittens quod inde es-  
sem exiturus.

*De ventre inferi.* Ita vocat ventrem piscis  
propter magnitudinem, & profunditatẽ,  
& obscuritatem.

4 *In corde maris.* In medio, pisces enim mag-  
ni in mari profundiori versantur.

*Flumen circumdedisti mi.* Insultus fluctuum.  
Theoph.

*Omnes gurgites tui.* Chald. omnes maris tẽ-  
pestates.

*Et fluctus tui super me transierunt.* Tu, autẽ  
dicit, id est tua volũtate suscitati. *Gurgitem*  
enim vocat, aquarũ congeriem, quam tem-  
pestas excitabat.

5 *Et ego dixi* Cũm primum me mitti in ma-  
re vidi, putavi me abiectũ esse à te, & mor-  
te mulctandum.

*Veruntamen.* At nūc spero me visurū tem-  
plum tuū Ierusalē, vel, iterū luce cęli frui-  
turum, in quo tu habitas.

6 *Vsq̄ ad animam meam.* Vsq̄; ad separatio-  
nem animæ, id est, vsq̄ ad mortem.

7 *Ad extrema montium.* Montes vocat, mag-  
nas rupes, quæ sub mari sunt, in quibus  
grandium piscium sunt cauernæ.

*Terra vestes,* Id est, magnæ rupes, fortesq̄;  
impositæ mihi erāt, quæ me in æternū con-  
cluderent, nisi tu inde me extraheres.

9 *Qui custodiunt vanitates frustra.* Qui colunt  
idola, & peccata, quæ, cūm foris bona vi-  
deantur, nihil solidi gaudij in se habent,  
& ideo frustra custodiūt illa, quia nihil in  
eis inueniēt. *Custodiunt* dixit (vt ait Hiero.)  
id est, qui multum diligunt & quasi rem  
pretiosam seruant.

*Misericordiam suam derelinquent.* Ultrò sibi  
mortem quærunt, & relinquunt Deum pa-  
ratum misereri omnium, sicut & mei mi-  
sertus est. Ego non ita faciam, sed collau-  
dabo te, & reddam tibi vota, quæ pro salu-  
te mea voui.

11 *Et dixit Dominus pisci.* Præcepit, id est, fe-  
cit, vt eijceret.

*In aridā.* Ad Pontū Euxinū vt ait Ioseph.  
9. Antiq. c. 11. vel, ad eundē portū Ioppes.

*Capitulum III.*

**I**T factum est verbum Domini ad Ionam secundò, dicens: 2 Surge & vade in Niniuen ciuitatē magnā: & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. 3 Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. 4 Et cepit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnus: & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. 5 Et crediderūt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt sacco, à maiore vsque ad minorem. 6 Et peruenit verbū ad regem Niniue & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. 7 Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principū eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustēt quicquā, nec pascantur, & aquā non bibant. 8 Et ope-  
rian-

riatur faccis homines & iumēta, & clament ad Dñm in fortitudine; & cōuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. 9 Quis scit si cōuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? 10 Et vidit Deus opera eorū quia cōuersi sunt de via sua mala: & misertus est super malitia quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

4 **I** Tinere vnus Diei. Ambulauit quantum vna die potuit, & inde ad reliquam vrbem fama prædicationis peruenit.

5 *Prædicauerunt ieiuniam.* Publicè indictum est ieiunium.

6 *sedit in cinere.* Sedere lugentium est, cinis pœnitentiam agentium.

7 *Clamauit, & dixit.* Clamari, & dici iussit per præconem. Ita L X X. & Chald.

10 *Et non fecit.* Donec postea ad eandē peccata reuersi sunt.

Cap. IIII.

1 **E**T afflatus est Ionas afflictione magna, & iratus est: 2 &

N 3 orauit

orauit ad Dominū, & dixit, Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupauit ut fugerem in Tharsis, scio enim quia tu Deus clemens & misericors es patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. 3 Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me, quia melior est mihi mors quàm vita. 4 Et dixit Dominus, Putasne bene irasceris tu. 5 Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis: & fecit sibi met ymbra culum ibi, & sedebat subter illud in ymbra, donec videret quid accideret ciuitati. 6 Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascēdit super caput Ionæ, ut esset ymbra super caput eius, & protegeret eū, laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera, lætitia magna. 7 Et parauit Deus vermē ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederā & exaruit. 8 Et cū ortus fuisset sol, præcepit Dñs vëto calido & vrëti: & percussit

fit

fit sol super caput Ione, & estuabat, & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit, Melius est mihi mori, quã viuere.

9 Et dixit Dns ad Ionam, Putasne bene irasceris tu super hederam? Et dixit, Bene irascor ego vsq; ad mortem.

10 Et dixit Dominus, Tu doles super hederã, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perijt.

11 Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centũ viginti millia hominum (qui nesciant quid sit inter dexteram & sinistram suam) & iumenta multa?

3 **T**olle queso. Præ summo dolore mortẽ optat, vt Elias, 3. Reg. 19. & Thobias cap. 3. Dolet autem (vt ait Theoph.) quod Dei gloria imminueretur apud gentiles, cum viderent non fieri, quod in eius nomine prænunciatum erat.

4 *Putasne.* Leniter reprehendit dolentem, quod immerito irascatur.

5 *Egressus est de ciuitate.* Per recapitulationẽ loquitur, cum enim prædicauit, exiuit, & expectauit 40. dies, post quos affli-

ctus est. Ita Theodoret. & Lyra.

*Contra Orientem ciuitatis.* In loco remotiori, & tuto, vnde euentum rei expectaret, qui locus vrbierat ad Orientem.

6 *Et preparauit Dominus Deus hederam.* Cito crescere fecit.

*Laborauerat enim.* In Heb. vt protegeret eum à malo suo, id est, vt repelleret magnum æstum, quo afflictus fuerat.

7 *Ascensu diluculi.* Cùm postero die aurora exoriretur.

8 *Æstuuabat.* Vehemèter æstu affligebatur, ita vt penè moreretur. LXX. *angustiabatur & relinquebatur ab anima sua.* Chal. *animi deliquium patiens.*

9 *Benè irascor.* Meritò irascor, & quidè ita vehemèter, vt penè præ ira moriar. Matth. 26. *tristis est anima mea vsque ad mortem.*

11 *Et ego non parcam?* Nō dolebo tot homines perire, quos creauit?

*Inter dexteram & sinistram.* Prouerbialis locutio, qua pueri, nō dum ratione vtentes, significantur, id est, nesciunt vtra manus sit dextera, vtra sinistra.

*Et iumenta.* Sap. 11. *diligis Domine omnia que sunt.* non vult igitur perire iumenta, quæ creauit, & quæ culpa vacabant, & quodam modo pœnitentiam etiam egerant.



# IN MICHÆAM PROPHETAM.

## Capitulum 1.



**V**ERBVM Domini quod factū est ad Michæā Morasthiten, in diebus Ionathan, Achaz, & Ezechix regum Iuda: quod vidit super Samariam & Ierusalem. 2 Audite populi omnes: & attendat terra & plenitudo eius: & sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo. 3 Quia ecce Dñs egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terræ. 4 Et consumentur montes subtus eum: & valles scindētur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrunt in præceps. 5 In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel:

N 5 quod

quod scelus Iacob? nonne Samaria? & quæ excelsa Iudæ? nonne Ierusalē? 6 & ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro, cum plantatur vinea: & detrahā in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. 7 Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius cōburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsq; ad mercedem meretricis reuertentur. 8 Super hoc plangam, & ululabo: vadā spoliatus & nudus: faciam plāctum velut draconū, & luctum quasi struthionum. 9 Quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudā, tetigit portā populi mei vsq; ad Ierusalem. 10 In Geth nolite annuntiare, lacrymis ne ploretis: in domo Pulueris puluere vos conspergite. 11 Et trāsite vobis habitatio Pulchra, confusa ignominia, nō est egressa quæ habitat in exitu: planctū Domus vicinæ accipiet ex vobis, quæ stetit sibi met. 12 Quia infirmata est in bonum quæ

habitat In-amaritudinibus: quia descendit malum à Domino in portā Ierusalē. 13 Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis: principiū peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel. 14 Propterea dabit emissarios super hæreditatē Geth: domos Mendacij in deceptionem regibus Israel. 15 Adhuc hæredē adducam tibi quæ habitas in Maresa: usque ad Odollam veniet gloria Israel. 16 Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

1 **M** *Orasthiten.* Morasthi oppidū tribus Iudæ propè Eleuteropolin.

*Super,* id est, contra *Sameritam.* Prius ponitur Samaria, quia scelere prior erat, atque priorem esse oportebat etiam supplicio.

2 *Audite populi omnes.* Tam decem quàm duarum tribuum.

*Terra, & plenitudo eius.* Id est, & omnes qui habitant in ea. Terram compellat, quoniam ipsa etiam vastanda erat ab Assyrijs.

*Sit Dominus Deus vobis in testem.* Dominus, qui in cœlis habitat, & inde omnia despectat, factis cōprobabit, quæ dicturus sum. Vel, sit mihi testis contra vos; quod officiū meum fideliter præstiterim. Ita Chald. vel, (vt Hierony. & Theod.) Dominus testificatur & loquitur; audite eum.

3 *Egredietur.* Ostendet potentiam suā puniendo, quæ latere videbatur.

*Descendet.* Appropinquabit peccatoribus, vt puniat, quem ipsi remotum esse putabant.

*Calcabit super excelsa terra.* Excelsos quosque conteret. Hierony. Similis locus est Hamos 4. in fine.

4 *Et consumentur montes.* Principes (vt ait Hierony.) tabescent & liquefcent Domino calcante.

*Et vales scindentur.* Populi liquefcent, & quasi in nihilum redigentur, instar ceræ liquefactæ, aut aquæ in præceps defluentis. Significat hyperbolicè magnitudinem potentiae Dei, & supplicij, cui nemo poterit resistere.

5 *In scelere Iacob.* Hæc mala euenient propter scelera Iacob, id est, decem tribuum.

*Quod scelus Iacob.* Id est, notissimum est scelus Iacob esse Samariã, id est, idololatriam

eriam Samarix, & idololatriã Ierusalem.

6 *Et ponam Samariam.* Ponam eam ita, vt vbi nunc tot domus sunt, vineæ plantentur; prius enim erit magnus aceruus lapidum; postea in vallem subiacentem dejicietur lapides, vt vineæ possint plantari. *Et fundamenta reuelabo,* id est, vsque ad extremũ lapidem euertam, ita vt non maneat lapis super lapidem.

7 *De mercedibus meretricis.* Ex commercio, & amicitia gentilium, & ex cultu idolorũ ipsorum. Hoc autem dicit, vel quod ita ipsi iudicabant, licet re vera non esset, vt ait Hierony. vel etiam quod ex hoc commercio verè auctæ erant illorum diuitiæ.

*Vsque ad mercedem meretricis.* Scilicet, Ninives, cultricis idolorum, & reliquarum vrbiũ Afsyriorũ, quæ, quasi mercedẽ sui laboris, & victoriæ, sument opes Israelis.

8 *Et super hoc plangam.* Ne Israel falsum putet esse, quod dico, testabor meum dolorẽ factis, & nudus incedam, quia non solum Israel vastandus est, sed etiam Iudas, & vsque ad portas Ierusalem veniet plaga, & calamitas hæc. Hoc autem factõ significabat Israelitas nudos, & gementes in captiuitatem esse ducendos; quemadmodum Esaias fecit cap. 20. Ideò lxx. & Chaldæ.

non prophetam dicunt nudum iterum, sed ipsos Israelitas.

*Planctu* velut draconu. Qui ab elephatis Victi, terribili sibilo personant, vt ait Hiero.

*Et laetum quasi struthionum.* Heb. filiarum struthionis. Fœminæ enim in hoc genere gregatim magis ambulant, & frequentius videntur, percussæ que ab homine, aut ab alijs animalibus vocem edunt acrioré, ac magis lugubrem.

*In Geth, nolite annuntiare.* Interiùs cohibete dolorem, ne vicinæ gentes inimicæ audiant, & lætentur. 2. Reg. 1. *Nolite annuntiare in Geth.*

*In domo pulueris.* In ciuitate rüente, ac per hoc puluere plena, *conspergite puluere capita vestra* more lügentium, & foras ne exeatis, ne hostes sentiant, & lætentur.

*Transite vobis habitatio pulchra.* ô habitatores Samariæ, quæ in pulchro & vberri-  
mo loco sita est, *transite*, id est, ite in captiuitatem, id est, ibitis cû magna ignominia. *Transite vobis pro transite*, Hebraismus est.

*Non est egressus.* Samaria, quæ est *in exitu*, id est, quæ tenet extremum locum terræ promissionis, & propiorem Assyrijs, *non est egressus*, id est, non egredietur, quasi sponte eat, sed vi extrahetur, ita Hieron. Vel, Sa-

maria, non est egresso, id est, non egredietur, vt auxilium petat à vicinis Damascenis, cum quibus olim fœdus inierat contra Iudam Esai. 7. non inquam finetur egredi ab Assyrijs omnia occupantibus.

*Planctum domus vicine.* Id est, regnum decem tribuum. *Quod stetit sibi.* Pro quod stetit (est enim Hebraismus, id est, nō cecidit cadēte regno Israelis) etiam plāget, postquā vos plāxeritis; quoniam paulò post veniet Sennacherib, & capiet ciuitates Iudæ.

12 *Quia infirmata est in bonum.* Quia citò desijt facere bonum, quod regnante Ezechia faciebat.

*Quæ habitat in amaritudinibus.* Ierusalem ad amaritudinem Deum prouocans. Hiero.

13 *Tumultus quadrigæ.* Magnus, & stupēdus strepitus quadrigarū Assyriorum venient super Lachis ciuitatē Iudææ, quoniā imitrix fuit idololatriæ Israelis, & exemplo suo peruertit Ierusalem, ad idololatriam eam adducens.

14 *Propterea dabit emissaries.* Propter hoc capietur, & captiuos ex ea sumptos emittet rex Assyrius cū suis latrunculis, id est, expeditis militibus, vt depopulentur agros. & possessiones Gethæorum.

*Demos mēdacijs.* Super domos Geth plenas idolola-

idololatria: quæ fœdus iniit cū regibus Israel, vt communibus armis infestarent Iudam, ex quo vehementer aucta est idololatria regum Israel: non. . .  
 15 *Vsq̄ ad Odollam.* Urbem tribus Iudæ, vicinam Palæsthinis.

16 *Decaluare & tondere.* Quod fiebat in magnis calamitatibus, vt diximus Hamos 8. *Super omne dorsum sacco, &c.*

*Filios deliciarum tuarum.* Id est, delicatissimos, in delicijs maximis nutritos.

*Sicut aquila.* Quæ certo tempore plumas amittit, & manet implumis.

*Adhuc heredem.* ô Maressa vrbs Iudæ, quæ interpretaris *hereditas*, ad te veniet hostis, qui te hæreditet, & capiat.

*Gloria Israel.* Per Antiphrasim (vt ait Hierony.) ignominia quam ab hostibus passus est Israel *Veniet ad Odollam vsque*, id est, ad remotissimas vrbes Iudæ.

## Caput II.

1 **M** qui cogitatis inutile  
 & operamini malum in  
 cubilibus vestris: in luce  
 matutina faciunt illud,  
 quoniam contra Deum est manus eorum.

rum. 2 Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. 3 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. 4 In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate: dicitur, Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, quum reuertatur, qui regiones nostras diuidat? 5 Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in ecœtu Domini. Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos, non comprehendet confusio. 7 Dicit domus Iacob, Nunquid abbreviatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nõne verba mea bona sunt cū eo qui rectè graditur? 8 Et è cõtrario populus meus in aduersarium consurrexit: desuper

O tuni-

tunicam pallium sustulistis: & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. 9 Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. 10 Surgite, & ite, quia non habetis híc requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. 11 Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinũ, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste. 12 Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. 13 Ascendet enim pandens iter ante eos: diuident, & transibunt portam, & egrediẽtur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

Caput III.

1 **V**æ qui cogitatis inutile. Cap. i. reprehendit peccata in Deum, id est, idololatriam, nunc reprehendit peccata in proximos; vç vobis, qui omnes cogitationes vestras non in Deum confertis, sed in res inutiles, & nullius momēti, id est, in rapinas, vt ait Chald. & in peccata, vt aiunt lxx.

*Operamini malū.* Hier. cubilia ad quiescēdū data, stupris polluitis, & quidquid iniquitatis nocte tractatis, quasi differre nō liceat statim, vt dies claruerit, festinatis implere.

20 *Contra Deum est manus eorum.* Omnia corū consilia, & omnes industriæ contra Deum sunt. Secundus sensus etiā esse potest verborum Hebræorum (quem recentiores sequuntur.) *Quoniam est in facultate manus eorū,* id est, quoniam cum potentiores sint, facile opprimere possunt minores.

2 *Virum & domum eius.* Persequebātur eos in personis, & in bonis suis.

3 *Pessimum.* Afflictione plenum.

4 *Parabola.* Solent enim lamētationes parabolis vti ad cōmouendam commiserationem, vt, *quomodo sedet sola ciuitas.*

*Cum suauitate.* Canetur enim ab Assyrijs Victoribus.

*Depopulatione vastati sumus.* Vehemèter depopulati sumus. Assyrij id canunt, sed personam imitantur Israelitarum, vt in huiusmodi cantionibus fieri solet.

*Pars populi mei commutata est.* Hæreditas populi mei ablata est, & data alienis.

*Quomodo recedet à me.* Quomodo Assyrius dicebat se iam recedere à me, cùm tam citò redierit, & nobis agros eripiat, ac inter suos diuidat? verba sunt lamentationis. Hoc autem dicit, quoniam 4. Reg. 17. ascendit Salmanasar, & factus est ei Hoffee rex seruus, reddebatque illi tributa: quo tempore putabant Israelitæ se liberos esse iam; sed redijt idem Salmanasar paulò post, & captiuum abduxit Israelem.

5 *Non erit tibi mittens funiculum.* Non habitabis ò Israel, in terra patribus tuis promissa, neque fortibus, vt hætenus, agros diuides; verba sunt eiusdem lamentationis, aut Dei ad inceptum sermonem reuertentis.

6 *Ne loquamini loquentes.* Domus Iacob dicit prophetis; quid nobis comminamini? Hebraicè, stilletis: ne stilletis stillantes, id est, ne prophetetis nobis aspera, mortem, scilicet, & captiuitatem, nihil tale patiemur, benignus est Deus.

*Non stillabit super istos.* Id est, super hunc populum; verba sunt maiorum populi, aut loquuntur de se, vt de alijs Pſal. 33. *Iste pauper clamauit.*

7 *Abbreniatus est spiritus Domini?* Scilicet, quem dat prophetis. Nunquid non faciet, vt prospera iam prophetent? Vel; Ita ne opprimetur Dominus peccatis nostris, & suffocabitur, vt misericordiæ obliuiscatur? metaphora ab ijs, qui deficiēte spiritu anguntur, & suffocantur.

*Tales sunt cogitationes eius.* Quales vos verbis ostenditis? id est, putatis non cogitare illum nisi de supplicijs?

*Nonne verba mea bona sunt?* Id est, bonus sum, & læta prænuncio, sed ijs, qui mea mandata obseruant, at vos quasi aduersarij mei insurgitis contra me, legem meam passim violantes.

8 *Desuper tunicam.* Tanta est rapina vestre, vt ipsas etiam vestes, quas gestant, eis eripiatis.

*Qui transibant simpliciter.* Eos qui nemini nocebant, ita vexatis, ac spoliatis, ac si nocentes essent, & bello iusto eos cepissetis. Chald. conuertuntur in eos, velut bello confractos.

9 *Mulieres populi mei.* Matronas fecistis ire

in captiuitatem suadendo illis idololatriã, & alia peccata, vbi eorũ paruuli more infidelium educabuntur, nec Deum laudabunt. Vel, occidistis earum viros, cũ quibus delectabiliter viuebant, & paruuli eorum non laudabunt Deum, sed lugebunt. Ita Lyra. Superior sensus est Hierony.

10 *Propter immunditiam eius.* Terra immunda reddita peccatis vestris, tota vehementer vastabitur, & sua pulchritudine priuabitur.

11 *Vinum non essem vir habens spiritum.* Vtinam prophetico spiritu carerem, & fallerer, longaque aliter euenirent, quæ dico.

*Stillabo tibi.* At non possum Dei præcepto resistere, qui me iubet prædicere tibi tristitia, & grauiã: vinum est, quod stillabo, quo inebriaberis, id est, grauißima mala, & supplicia.

12 *Congregatione congregabo Iacob totum te.* Ne tamen desperes Iacob; nam cum venero in carne, congregare te incipiam ad Euangelium meum, & postea plenissimè in consummatione seculi. *Tamẽ* vocat prædestinatos ex eo populo.

*Quasi gregem in ouili.* In Ecclesia mea te ponam simul cum conuersis ex gentilitate.

*Tumultuabuntur.* Id est, erit incredibilis multitudo tuorum. Hieron. Tumultus est vox plurimorum, & nimiae multitudinis clamor pariter emissus.

*Reliquias Israel.* Quos mihi cæteris per-euntibus reseruauit.

13 *Ascendet enim pandens iter ante eos.* Ipse rex eorum Christus in cœlum eos secum vehet, ipse viam aperiet amouens omnia impedimenta ascendendi in cœlum.

*Diuident.* Siue rumpent portam, id est, vincent mortem, transibunt quidem per eam, sed non tenebuntur, ab ea egrediuntur,

*Et Dominus in capite eorum.* Erit dux eorum. Ita Ixx. primus qui mortem vincet, & in cœlum penetrabit.

### Caput III.



I dixi, Audite principes Iacob, & duces domus Israel, nūquid nō vestrum est scire iudicium, 2 qui odio habetis bonū & diligitis malū, qui violēter tollitis pelles eorū desuper eis, & carnē eorū de-

super ossibus eorū? 3 Qui comederūt carnē populi mei, & pellem eorum de-  
 super excoriarunt: & ossa eorū con-  
 fregerūt & conciderunt sicut in lebe-  
 te, & quasi carnē in medio ollę. 4 Tūc  
 clamabunt ad Dominum, & nō exau-  
 diet eos: & abscondet faciem suam ab  
 eis in tempore illo, sicut nequiter ege-  
 runt in adinventionibus suis. 5 Hęc  
 dicit Dominus super prophetas qui  
 seducunt populum meū: qui mordent  
 dentibus suis: & prædicant pacem: &  
 si quis non dederit in ore eorum quip-  
 piam, sanctificant super eum prælium.  
 6 Propterea nox vobis pro visione  
 erit, & tenebræ vobis pro diuinatione:  
 & accumbet sol super prophetas,  
 & obtenebrabitur super eos dies. 7 Et  
 confundentur qui vident visiones, &  
 confundentur diuini: & operient om-  
 nes vultus suos, quia non est respon-  
 sum Dei. 8 Veruntamen ego reple-  
 tus sum fortitudine spiritus Domi-  
 ni, iudicio & virtute: vt annūtiem Ia-  
 cob scelus suum, & Israel peccatum  
 suum.

suum. 9 Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. 10 Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. 11 Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes: nunquid non Dominus in medio nostrum? non venient super nos mala. 12 Propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum.

**A**udite principes Iacob, Inuehitur in crudelitatem principum vtriusque populi, qui cum potentiores essent, opprimebant, & affligebant pauperes, quantum poterant, quemadmodum qui pecora excoriat, & carnes deuorant, & ipsa etiam ossa confringunt.

scire iudiciū. Cognoscere, quid iuxta legē Dei faciendum sit vnicuique. Ierem. 5. lbo

*i*gitur ad optimates, & loquar eis; ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudiciū Dei sui.

4 *Tunc clamabunt.* Cū hæc, quæ prædixerim, enenerint.

5 *Mordent dentibus.* Chald. qui offert eis conuiuium carnis, pacem ei vaticinantur; aduersus autem eum, qui non offert eis, bellum instruunt, id est terrent eum dicentes bellum instare, & direptionem.

6 *Nox vobis pro visione erit.* Propter visionē & prophetiam vestram veniet vobis nox magnarum calamitatum.

7 *Quia non est responsum Dei.* Non dabitis populo responsa, quæ Dei esse dicebatis; quia nemo vos consulere volet, cum vos in mendacio deprehenderit. LXX. & maledicent eis omnes, quia non est qui exaudiat eos.

8 *Veruntamen ego repletus sum.* Repletus sum spiritu Dei forti, id est, graua & tristia vobis prænunciante & iudicio, id est, supplicio, quod Deus comminatur. *Virtute,* id est potentia, hoc est, rebus magnis, quas potēter facturus est in peccatores, vt cognoscatis, quā grauiter in Deum peccaueritis, quasi dicat, multa mihi Deus prædixit de pœnis, quas de vobis sumpturus est.

est, & plenus sum huiusmodi prophetijs.  
Jerem. 6. *Idcirco furore Domini plenus sum.*

10 *Qui edificatis Sion in sanguine vobis.* Id est, edificatis in Ierusalem magnas, & sumptuosas domos, sed ex sanguine pauperum, spoliando eos, & auferendo vitæ necessaria, quod est occidere, Eccles. 34.

11 *Et super Dominum requiescebant.* Post tot peccata foedus cum Deo ineunt, id est, quasi cum Deo foedus, & amicitiam inissent, ita iactant non esse subuertendam civitatem.

*Nanquid non Dominus in medio nostrum?* Templum Dei habemus, quietè habitat inter nos, non abibit. Quam inanem fiduciam refellit Jerem. 7.

12 *Sion quasi ager arabitur.* Vastatus à Chaldæis.

*In excelsa sylvarum.* Ut in eo plurimæ arbores crescant, & silva fiat. Theod. Lyra Vatabl. vel, sicut ex ruina ædificiorum magni acerui lapidum, more ruptum, quæ in sylvis eminent. Ita Montan. Et ita videtur intelligere Hieronym. & Eusebius lib. 8. Demonstrationum Evangelicarum, demonstratione. 3.

Cap.

*Caput III.*

1 **E**rit, in nouissimo die-  
rum erit mons domus  
Domini præparatus in  
vertice montium, & su-  
blimis super colles: & fluent ad eum  
populi. 2 Et properabunt gentes mul-  
tæ, & dicent, Venite, ascendamus ad  
montem Domini, & ad domum Dei  
Iacob: & docebit nos de vijs suis, &  
ibimus in semitis eius: quia de Sion  
egredietur lex, & verbum Domini de  
Ierusalem. 3 Et iudicabit inter popu-  
los multos, & corripiet gentes fortes  
vsque in longinquum: & concident  
gladios suos in vomeres, & hastas suas  
in ligones: non fumet gens aduersus  
gentem gladium, & non discent ultra  
belligerare. 4 Et sedebit vir subtus  
vineam suam, & subtus ficum suam, &  
non erit qui deterreat: quia os Domi-  
ni exercituũ locutũ est. 5 Quia om-  
nes populi ambulabunt vnusquisq; in  
nomine Dei sui: nos autẽ ambulabi-  
mus

mus in nomine Domini Dei nostri in æternum & ultra. 6 In die illa dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram. 7 Et ponam claudicantem in reliquias: & eam quæ laborauerat in gentem robustam, & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usque in æternum. 8 Et tu turris gregis, nebulosa filia Sion usque ad te veniet: & veniet potestas prima regnum filia Ierusalem. 9 Nunc quare mœrore contraheris? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? 10 Dole, & satage filia Sion, quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies usque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. 11 Et nunc cōgregatæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt, Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster. 12 Ipsi autem non cognouerunt

uerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius: quia cōgregauit eos quasi fœnū aræ. 13 Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuū ponam ferreum: & vngulas tuas ponam aræ: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ.

1 **M**ons domus Dñi. Hiero hic & Isai. 2. & alij Christum intelligunt. Alij vero Ecclesiam. Hiero. domus Dei est Ecclesia, & in hac est mons, id est, Christus.

*Præparatus.* Id est subito crescet mirabiliter. Ita sumitur *præparare* Ionæ. 2. & 4. & *præparatus*, id est, fundatus & stabilitus, Matth. 16. & *porta inferi*, &c. solēt enim cito cadere, quæ cito crescunt.

2 *Gentes multa.* Ex vniuersis mundi nationibus.

*De vijs suis.* Id est, vias suas, vt Esai. 2.

3 *De Sion egredietur lex.* Veram Dei legē & doctrinā nusquā inuenire poterimus, nisi in Ecclesia Christi, vel (vt ait Hierony.) non lex data in Sinai sequenda est nobis, sed quæ in Ierusalem data est à Christo, & per Apostolos inde exeuntes prædicata.

3 *Indicabit inter populos multos.* Scilicet, & eorum oppressorem Diabolum; eripiens eos ab illius tyrannide Psalm. 71. *Indicabit pauperes populi.* Vel, habebit multos subditos, quos iudicet; non enim fertur iudiciū nisi in subditos Sap. 3. *iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.*

3 *Corripiet gentes fortes.* Barbaræ & efferae nationes, olimque fortissimæ parebunt Ecclesiæ, & eius increpationem audient.

2 *Vsque in longinquum.* Vsque ad remotissima loca, vel (vt ait Chald.) vsque in perpetuum.

*Et concident gladios suos in vomeres.* Erit pax maxima tempore Christi, sed multo maior erit spiritualis pax in cordibus fidelium & consensu omnium gentium confluentium ad Euangelium.

*Non discent ultra.* Longam & securam pacem Propheta pollicetur.

5 *Quia omnes populi ambulabunt.* Hæc communia fient, quia Dominus ita prædicit, & quia licet alij populi idola sua colant, & sequantur, & in eis fiduciam collocent, nos tamen ad Ecclesiam vocati, semper Deum colemus, & ita pacem habebimus in animis nostris: & abundantiam bonorum, quæ

224 *In Micha Cap. III.*

quæ nobis nullam inimicorū vis eripiet;

*In æternum & ultra.* Phrasis hyperbolica, id est, ultra omnem mēsuram durationis, quam homines mente complecti possunt, id est, semper cum Domino erimus, & in hac vita, & in futura.

6 *Congregabo claudicantem.* Synagogā, quæ nunc idola colebat, nunc Deum; nunc Christum recipiebat, nunc reiciebat.

*Quam cieceram.* Dato libello repudij. Hosee. 2.

*Quam afflixeram.* Captiuitate, & alijs calamitatibus.

7 *In reliquias.* Licet multi ex ea pereant, referuabo tamen mihi eos, quos elegi.

*In gentē robustam.* Hoc dicit propter Apostolos, & reliquos credentes, qui fortiter per orbem, Dei verbum prædicauerunt.

*In monte Sion.* In Ecclesia regnabit semper super eos.

*Et tu turris gregis.* Filiam Sion, id est, Ierusalem vocat turrim gregis, quod munita esset, & apta hominum habitationi, vt turris, gregis pecoribus, de qua Genes. 35. *Nebulosa* autem dicitur quia etiā ante noctem captiuitatis, varijs calamitatum tenebris sæpe obscurabatur.

8 *Vsq̄ue ad te veniet.* Bis dicit *veniet* propter summam

summâ certitudinē. Ad te redibit potestas, quam olim habuisti, id est, iterum videbis regnum Davidis, videbis enim Christum cuius spirituale regnum præfiguratū est in regno temporali Davidis, Lucæ. 1. & dabit illi Dominus Deus sedem David.

9 Nunc quare merore cōtraheris? Cūm tāta bona te maneant, cur nunc doles audita prophetia captiuitatis, quasi nunquā restituēda esses? Certē regem habes, qui tui curam habeat, & consiliarium, qui tibi bona consilia inspiret, quibus libereris, non solum à Babylonica captiuitate, sed etiā à captiuitate Diaboli. Loquitur de Christo, qui vocatus est magni consilij Angelus Esa. 9.

10 Dole, & satage. Fateor tibi in præsentia causam esse doloris, si præsentia tantū cōsideres, captiua enim abduceris, & habitabis in regione, seu campo Sennaar, vbi est Babylon, sed erigere, & lætare spe futuræ libertatis, educet enim te Dominus inde. Satage, Hebr. Gochi, mære & ingemisce.

11 Et nunc cōgregatæ sunt super te gētes. Id est, variæ nationes cum Chaldæis lapidare te voluat, vt adulterā & perdere, sed isti non cognouerunt quid de te Dominus cogitauerit, & quæ tibi bona reseruet. Omnes enim nationes has, tibi subdes; conuertes

226 *In Michaa Cap. III.*

eas per Apostolos, & tibi subijcies. Ita locutus est in Habdia, & Hamos. 9.

*Aspiciat in Sion.* Satietur oculus noster malis & calamitatibus Ierusalem.

12 *Quasi fanum.* Fœnũ vocat paleam Iere. 9 *quasi fanum post tergum metentis.* Congregabit eas aliquando, vt paleam; vt à te, quasi ab igne consumantur, quatenus infideles sunt.

13 *Surge & tritura.* Surges & triturabis plaustris ferreis, quibus victi triturari solebant à victoribus, Hamos. 1. eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad.

*Cornu tuum ponam ferreũ.* Suggesta tibi vires magnas ad vincendũ omnes hostes tuos.

*Et vngulas tuas.* Id est, fortissimas ad calcandũ & indefatigabiles, nam tauri vngulis etiam paleas terunt, & minuunt.

*Interficiet Dño rapinas eorũ.* Offeres & sacrificabis Dño animas eorum, quas dæmoni eripies. Has vocat rapinas. *Fortitudinem* vocat omnia dona naturalia infidelium, quæ Deo consecrant, cùm conuertuntur, & eis iuuant Ecclesiam, vt Augustinus ingenio suo & doctrina.

*Domino vniuersæ terre.* Domini enim erant hæc bona omnia, & ei debebantur non idolis.

Caput V.

**N**unc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel. 2 ET TV BETH-LEHEM Ephrata, paruul<sup>o</sup> es in milib<sup>9</sup> Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus eternitatis. 3 Propter hoc dabit eos vsq; ad tempus, in quo parturiens pariet: reliquix fratru eius couertentur ad filios Israel. 4 Et stabit, & pascet in fortitudine Domini in sublimitate nominis Domini Dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vsq; ad terminos terræ. 5 Et erit iste pax: Assyrius quum venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris, & suscitabimus super eum septē pastores, & octo primates homines. 6 Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in laccise eius: & liberabit ab Assur

quum venerit in terram nostram, & quum calcauerit in finibus nostris. 7 Et erunt reliquæ Iacob in medio populorum multorū quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam quæ non expectat virum, & nō prætolatur filios hominum. 8 Et erunt reliquæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis sylvarum & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat. 9 Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. 10 Et erit in die illa dicit Dominus: auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. 11 Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruiam omnes munitiones tuas, 12 & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. 13 Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis ultra opera manuum tuarum. 14 Et euellam lucos tuos

tuos de medio tui : & conteram ciuitates tuas. 15 Et faciam in furore, & in indignatione ultionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

**N**unc vastaberis. Reuertitur ad id quod tunc instabat; quasi dicat, postea hæc cõsolatoria euenient, nunc tamẽ prius vastaberis, & obsideberis à Chaldeis, qui principes, ac iudices tuos in maxillam percussent, & omni ignominia afficient.

*Filia latronis.* O Ierusalem rapinis, & latrocinijs plena, nunc tu etiam vastaberis & vastatrix.

*Et tu Bethlehem.* Hæc mala patietur Ierusalem, at tu à Bethlehem Iuda nunc quidem exiguum oppidum es, si cum tot vrbi- bus Iuda magnis & florentissimis compa- reris; at maxima es propter ducem magnũ Christum, qui in te nasciturus est. Ideoq; quantumuis nunc parua atque abiecta vi- dearis, omnium bonorum, quæ nunc Ieru- salem prænuncio, origo futura es.

*Et egressus eius ab initio.* Licet in te tempo- raliter nasciturus sit, tamen ab initio na- tus est à patre, antequam quidquam fieret, & ante omnem durationem, quam mente

cōcipere homines possunt, id est, á diebus æternitatis.

3 *Propter hoc dabit eos vsque ad tempus.* Regnare, & manere Iudcos permittit vsque ad tempus, quo gétilitas prius sterilis, pariet plurimos Deo filios in prædicatione Euangelij, idque propter hoc, id est vt Christus ex eorū genere nasci possit in Betlehé, vel vsque ad tempus quo virgo pariet; utroq; enim modo exponit Hierony.

*Et reliquia fratrum eius.* Tunc reliquiæ populi Iudeorum, qui sunt fratres Christi secundum carnem, conuertentur, quas reliquias sibi Deus reseruauerat, cōuertentur ad filios Israel veros, id est, ad Apostolos, & prædicatores Euangelij.

4 *Et stabit & pascet eos.* Maxima fortitudine, quam ei pater dabit, ita vt nemo possit ei ouem vllam rapere. Hic locus exponitur Ioan. 10. *Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & nemo rapiet eas de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei.*

*In sublimitate nominis Dñi Dei sui,* sublimi virtute, quam ei pater dabit Ioan. 17. *cum essem cū eis, ego seruabā eos in nomine tuo, ea virtutis & potentix magnitudine, quā Deū ostentare par est.* Tomara Dios por caso de hon-

va y de presumpcion suya, el guardarlos.

4. *Et conuertetur.* Cùm hæc fient, Christi nomen in toto orbe magnificis laudibus prædicabitur.

5. *Et erit iste pax,* Assyrius cū venerit. Christus erit pax nostra, qui nos in pace, & tranquillitate cõtineat; etiamsi inimici nostri Diabolus & eius mēbra in nos irruant, & nos grauiter vexēt omni genere tētationum, & persecutionum.

*Suscitabimus super eū septē pastores.* Habebimus; & proferemus duces aduersus hostes nostros, qui nos vastare, & perdere tentabant. *Septē pastores.* Id est, plurimos Episcopos, vel omnes, quos Deus Ecclesiæ prouidebit suæ. *Et octo primates homines,* Id est, infinitū penè numerū pastorū & protectorū, quos nobis dabit Christus. Vnitas enim, addita septenario, significat maximū, & penè infinitum numerū. Hoc etiā promisit Habdtas: *Ascendent Saluatores super mōtes Sion.*

6. *Et pascent terrā Assur.* Terrā Assur & Nēroth. Vocat terras hostiū fidei; pascent, id est regēt ac subiiciēt sibi prædicatores Euangelij has terras lanceis eius, scilicet terræ, id est illis ipsis armis, quæ homines in infidelitate sibi parauerāt, oppugnabūt infideles ipsos, vt ingenio & dialectica Augustini.

7 *Et erūt reliquie Jacob in medio populorū. Apostoli, & primi prædicatores Euangelij, erūt in gentilitate, vt ros missus à Domino, qui cum paruus videatur, refrigerat tamen herbam, ne æstu pereat, & ad iustum incrementū perducit. Ita ipsi doctrina Euangelij refrigerabūt, & facūdabunt corda hominū.*

*Quæ non expectat. Quæ rore cælesti crescit, nec opera hominū indiget, vt crescat. Ita virtute diuina Verbi, non hominū eloquētia, populi conuertentur, & salui fient.*

8 *Quasi leo in iumētis. Nō poterūt homines resistere spiritui loquēti in Apostolis; sed omnes vincent, & occidēt, quatenus infideles sunt, vt ait Hiero. & sæpediximus.*

9 *Exaltabitur manus iua. Scilicet ò Israel, ita Chald. & Hierony. Intelligit autem de Israele Dei, id est, de prima Ecclesia collecta ex Iudæis.*

10 *Auferam equos tuos. O Ecclesia prima auferam omnia præsidia, & munitiones, & arma, quibus Christianos oppugnabas, vt victa des manus. Loquitur Ecclesiæ non pro membris, quæ actu habebat, sed pro membris, quæ habebat potentia, id est, pro infidelibus qui versabantur in ciuitatibus, & regionibus fidelium, & tandem erant conuertendi.*

15 Et faciam in furore. Si quæ autem gentes, post prædicatum Euangelium, adhuc credere noluerint, acerrimas mihi pœnas dabunt, tam in hoc sæculo (vt Ierusalem) quam in futuro. Rom. 2. *Ijs autem qui sunt ex contentione, &c.*

Caput VI.



1 Vdite quæ Dominus loquitur, Surge, contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. 2 Audiant montes iudiciũ Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo suo, & cū Israel dijudicabitur. 3 Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. 5 Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam? Popule meus memento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab: & quid respõderit ei Balaam filius Beor, de Setim vsque ad Galgalã, vt cognosceres

sceres iustitias Domini. 6 Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? 7 Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nūquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei, pro peccato animæ meæ? 8 Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, Vtiq; facere iudiciū, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. 9 Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen tuum: audite tribus: & quis approbabit illud? 10 Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mēsurā minor irę plena. 11 Nūquid iustificabo stateram impiā & sacculi pondera dolosa? 12 In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebātur mēdaciū, & lingua eorū fraudulenta in ore eorum. 13 Et ego ergo capi percutere te per-

perditione super peccatis tuis. 14 Tu comedes, & non saturaberis: & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & nō saluabis, & quos saluaueris, in gladium dabo. 15 Tu feminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo: & mustum, & non bibes vinū. 16 Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulasti in voluptatibus eorum, vt darē te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

**S** *Urge contende iudicio.* Reprehendit populum, qui tantarum promissionum spe non reuertitur ad Deum, sed manet in peccatis. *Montes, & colles,* vocat reges, & magnates, & iidem vocantur *fundamenta terre*, qui terram sustinent, sine quibus minores vitam suam tueri non possent, *contende iudicio.* Hebr. Rib. obiurga, increpa,

*Cum Israel dijudicabitur,* Dominus patietur se argui ab Israele contrā disceptante; aut, ipse se arguet, & dicet quidquid sibi

fibi dicere poterat aduersarius; idè ait,  
*popule meus.*

4 *De domo seruientium. De ergastulo.*

*Moyſen, & Aaron,* Chald. miſique ante te  
 tres Prophetas, Moyſen, vt doceret iudi-  
 ciorum traditionẽ, Aaron, vt expiaret po-  
 pulum, & Mariam, vt inſtitueret mulieres.

5 *Quid cogitaueris Balach.* Memento Balaam  
 conſilium dediffe Balach, vt per mulieres  
 te deciperet, & ita in eo tractu qui eſt à  
 Setim trans Iordanem uſque ad tranſitum  
 Iordanis, omnino periſſes inſidijs illis,  
 niſi ego te ſeruafſem. Hierony. illud, *de Se-  
 tim uſque ad Galgala,* ita exponit; Balaam va-  
 ria loca mutafſe in eo tractu, vt experire-  
 tur an poſſet vllò modo populo maledice-  
 re; nec tamen vnquam Dominus permifit.

*Ut cognofceres iuſtitias Domini.* Vt ita vide-  
 res quàm iuſtus ſim, & fidelis in meis pro-  
 miſſis; vel, vt ſemper Deũ coleres, & eius  
 præcepta ſeruares.

6 *Quid dignam offeram Domino?* Vt doceat,  
 quomodo demereri Deum poſſint, intro-  
 ducit aliquem de populo loquentem, qua-  
 ſi cõuerſum, & Dei beneficia agnoſcentẽ.

*Curuabo genu.* Nõ placabitur externis tan-  
 tummodo cæremonijs, nec volet vt filium  
 ei immolem, aut filias.

8 *Facere iudicium.* Iustitiam, hoc enim est primum, ut proximum non lædamus, sed si quid læserimus, reddamus; ubi etiam poenitentia intelligitur.

*Et diligere misericordiam.* Promptè & hilariter alijs benefacere.

9 *Solicitem ambulare.* Adhærere, & placere: Verbum Hebr. *Hasnha*, præter curam, & sollicitudinem, submissionem & humilitatem animi connotat.

9 *Vox Domini ad civitatem clamat.* Quia ab his tribus longissimè aberant, iterum redit ad eorum reprehensionem.

*Salus erit timentibus nomen eius.* Venerantibus Dominum, siue audientibus, quæ eius nomine loquor. Potest etiam verti, *Sapientia erit timentibus, vel, sapientes timebunt nomen eius.*

*Audite tribus.* Audite, ô familia Israel, & quis approbabit illud, id est, pauci erunt, qui approbent hoc verbum Domini, corde assentiendo, & opere implendo.

10 *Ignis in domo impij.* Post tot monita, & increpationes prophetarum, adhuc impij retinent aliena bona, quæ per iniquitatem acquisierunt, at non bona erunt illis, aut thesauri, sed ignis, qui eos tandem devorabit, Iacob. 5. in principio.

*Mensura minor iræ plena.* Quantum deest mensuris illorum, quas minores faciunt, tantum eis addetur iræ meæ, ut impleantur.

11 *Nunquid iustificabo.* Putas mihi placere posse fraudes in mensuris, & ponderibus, quas damnauit lege mea Deuteron. 25. & Prouerb. 11.

12 *In quibus ciuites eius.* Tolerabile enim esset quodam modo, si hoc facerent, qui in opia premuntur.

*Repleti sunt iniquitate.* Opibus iniquè quæsitis, vel, vitijs quæ cupiditatem sequuntur, 1. Timoth. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas.*

*Loquebantur mendaciam.* Omnes decipiebant; quæstui enim tantum studentes, nullam fidei, aut amicitiae rationem habebant.

13 *Cæpi percutere te.* Varijs afflictionibus, sed quia minimè resipiscis, pergam & puniam te acrius.

14 *Humiliatio tua in medio tui.* In terra tua affigeris ab hostibus, vel, causam harum calamitatum non est quod in hostes reijcias; tu peccatis tuis es causa tuæ humiliationis.

*Et apprehendes & non saluabis.* Lyra, apprehendes

hendes aduersarios, qui ducebant tuos filios captiuos, nec poteris eos eripere. Quòd si quos eripueris, gladio peribunt. Vel, apprehendes vxorem tuam, & nõ saluabitur, nec viuificabitur semen tuum, sed erit infœcundum, & ideò etiam ait, *humiliatio tua in medio tui.*

16 *Et custodisti præcepta Amri.* Eos, à quibus animo & volùtate dissidebas, impietate & cultu variorum idolorũ imitatus es, scilicet Amri regem Israel, & eius filium Achab, qui impietatis seroboam bellis quodãmodo collapsæ, restauratores fuisse videntur 3. Reg. 16.

*Et ambulasti in voluntatibus eorum.* Amasti quidquid illi amarunt, & suos facere iusserunt.

*Ut darem te in perditionem.* Atque ita perdam te.

*In sibilum.* Sibilus popularem irrisionem, atque insultationem in miseros indicat Thr. 2. *Sibilauerunt, & mouerunt caput.*

*Opprobrium populi mei portabitis.* Portabitis opprobrium, quo digni estis propter scelera, & rapinas, quibus populum meum, id est, pauperes afflixistis. Vel, maledicemini à populo meo, quem spoliastis.

*Cap.*

*Caput VII.*

**V**eni mihi, quia factus sum  
sicut qui colligit in au-  
tumno racemos vinde-  
miæ: non est botrus ad  
comedendum, præcoquas ficus de-  
sideravit anima mea. 2 Perijt san-  
ctus de terra, & rectus in hominibus  
non est. omnes in sanguine insidian-  
tur, vir fratrem suum ad mortem ve-  
natur. 3 Malum manuum suarū di-  
cunt bonum: princeps postulat, & iu-  
dex in reddendo est: & magnus locu-  
tus est, desiderium animæ suæ, & con-  
turbauerunt eam. 4 Qui optimus in  
eis est, quasi paliurus: & qui rectus  
quasi spina de sepe. Dies speculationis  
tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vasti-  
tas eorum. 5 Nolite credere amico:  
& nolite confidere in duce: ab ea quæ  
dormit in sinu tuo custodi claustra  
oris tui. 6 Quia filius contumeliam  
facit patri: & filia consurgit aduersus  
matrem suam, nurus aduersus socrum  
suam:

suam : & inimici hominis domestici eius. 7 Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum : audiet me Deus meus. 8 Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi : confurgam, quum sederò in tenebris, Dominus lux mea est. 9 Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei : donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum : educet me in lucem, videbo iustitiam eius. 10 Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me, Vbi est Dñs Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam : nunc erit in eò calcationem, vt lutum platearum. 11 Dies vt ædificentur maceria tur : in die illa lōgè fiet lex. 12 In die illa & vsque ad te veniet Affur, & vsque ad ciuitates munitas : & à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte. 13 Et terra erit in desolationē propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum. 14 Pasce populum tuum in vir-

ga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmelipascetur Basan & Galaad iuxta dies antiquos. 15 Secundum dies egressionis tuæ de terræ Ægypti ostendam ei mirabilia. 16 Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt. 17 Lingent puluerem sicut serpens, velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus suis: Dominum Deum nostrum desiderabunt, & timebunt te. 18 Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non imittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. 19 Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. 20 Dabis veritatem Iacob: misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

*Va*

1 **V**æ mihi. Queritur nihil se suis concionibus effecisse, nullum ferè esse iustū, qui possit iræ Dei resistere. Similis factus sum quærenti, post vindemiam, aliquot racemos, qui, vt immaturi à vindemiatoribus relinqui solent, nec tamen inuenit, ita ego non inuenio iustum.

*Præc quas ficus desiderauit.* Desideraui in hoc meo sæculo aliquot viros veteribus illis patribus similes; qui prima æstate maturescentes, Deo, & Homini bus grati fuerunt, Hoseæ 9. *Quasi prima poma ficulneæ in cacumine vidi patres eorum, vel ita potius, quæsiui racemos post vindemiam, nec inueni, sed neque ficus inueni, quæ maturescere inciperent, cùm tamen iam maturæ omnes esse debuissent post vindemiam, id est, post tot monita prophetarum, cùm omnes iam resipiscere debuissent; optaui inuenire aliquem, qui ante cæteros inciperet Deum quærere.*

2 *Perijt sanctus de terra.* Hebr. *misericos*, quia misericordia hominem implet virtutibus:

*In sanguine insidiantur.* Pro, *in sanguinem*, vt proximum occidant.

3 *Princeps postulat.* Non solū accipit munera ab vltro offerentibus, sed ipse etiã postulat, & dare cõpellit. Ita Hier. vel potius, princi

pes postulât in iudicio aliquid à minorib<sup>9</sup>.

*Et iudex in reddendo est.* Id est, & qui in ea causa iudex est, retribuit principi quod petit, vt ita vicem repêdat ipsi principi, qui ei prius adiudicauerat quod ipse coram eo petierat. Hierony. Sic alium iudicans, quomodo ipse ab alio iudicatur, vt præsent sceleribus suis mutuum fauorem, & in alterius crimine se defendant. Chald. Princeps postulat, & iudex dicit; Fac pro me, & retribuam tibi; id est, faue mihi, cum mihi opus fuerit, & reddam tibi nunc quod vis, &c. Sensus idem est.

*Magnus locutus est.* Qui in lege doctissimus est, & Rabbi vel *magnus*, cum consulitur, respondet non quod Deus vult, sed quod ipse, vt, scilicet, alijs placeat, & aduletur, & pretium accipiat.

*Conturbauerunt eam.* Terram, vel urbem, vel veritatem, vt ait Hierony. *Enmarañaron la verdad.*

4. *Quasi*, Hiero. pungens & retinens, vulnerans appropinquantem sibi, & aduncodente comprehendens.

*Quasi spina de sepe.* Fiunt enim sepes ex ramis arborum, & spinis, vt arceant bestias.

*Dies speculationis tue.* Iam iam aderit, imò iam

iam adest tempus, quod tibi prophetæ prædicebant, nempe tempus captiuitatis tuæ.

5 *Nolite credere amico.* Si inter amicos & sanguine coniunctissimos nullam fidem aut veritatem seruari videmus, præsertim cum de lucro agitur, quomodo tu credis Pseudophphetis, qui gratia quæstus mentiuntur tibi pollicentes nullam futuram captiuitatem? ex Hierony. & alijs.

7 *Ego autem ad Dominum aspiciam.* Hinc usque ad finem cap. loquitur in persona sua, & virorum fidelium illius populi, qui sperabant se à Deo liberandos, non solum à captiuitate Babylonica, sed etiam à captiuitate Diaboli, & in veram libertatem esse restituendos per Christum. Quasi diceret, ego autem attentissimè Deum aspiciam; & quanuis morari videatur, semper illum expectabo firmissima spe.

8 *Ne leteris inimica mea.* Cōtra Babylonem, & cæteros infideles loquitur, qui populo Dei insultauerant, cum captus est. Hieron.

*Cum sedero in tenebris.* Sedere, præsertim in tenebris, lugentium est, sicut lux est lætorum. Pollicetur sibi per Christum integræ libertatis restitutionem.

9 *Iram Dñi portabo.* Nūc patiar æ quo animo, hoc Dei supplicium, quod commerui.

*Donec causam meam iudicet.* Hebr. *Denec increpet increpationem meam*, id est, increpet eos, qui me iniuria affecerunt, maiores, quàm Deus volebat, de me pœnas sumentes, & donec ostendat iniuriam mihi factam esse.

*Et faciat iudicium meum.* Iniuriam meam ulciscatur.

*Videbo iustitiam eius.* Quomodo hostes meos visibiles & invisibiles puniat, & homines sanctitate impleat per Christum; videbo quàm fidelis sit in suis promissis.

*10 Aspiciet inimica mea.* Babylon, & cæteræ gentes inimicæ velint, nolint, videbunt felicitatem meam.

*Operietur confusione.* Pudefiet, eo quòd putabat me omnino Dei auxilio esse destitutum.

*Oculi mei videbunt in eam.* Videbo illam victam, & exultabo, vt cap. 4. *Aspiciat in Sion oculus noster.*

*Vt lutum platearum.* Quod parùm durat, & dum durat, ab omnibus conculcatur.

*11 Dies vt edificetur maceria tue.* Ô Israel Dei, Ô Ecclesia, iã aderit tempus, quo maceriae tue edificetur. Idè dicit quod Hamos 9. *suscitabo tabernaculum David, quod ceciderat.*

*In die illa longè fiet lex.* Nò parebis tunc gentilibus,

tilibus, sed imperabis potius. Secundo cessabit & mortua erit vetus lex. Tertio omnino abolebitur idololatria.

12. *In die illa & usque ad te veniet de Assur.* Ita omnino legendum est. Significat venturas esse ad Ecclesiam decem tribus, quæ tenebantur ab Assyriis & ipsos etiam Assyrios; de Assur inquam usque ad civitates munitas id est, illi etiam, qui videlicet suis monitis, & suis viribus confidebant, & denique omnes illæ gentes usque ad fluviû Euphratem; nam per has omnes terras erant dispersæ decem tribus.

*Et ad mare de mari.* Non solum ex istis terris fluent ad Ecclesiam, sed etiam ex universo orbe, ab Orientali Oceano usque ad Occidentalem, & à montibus Septentrionalibus, quibus terra habitabilis terminatur, usque ad môtes Meridionales, quibus terminatur etiâ ibi terra habitabilis, qui dicuntur utriusque deserti montes Psal.

74. *Quia neque ab Oriente, nec ab Occidente, neque a desertis montibus*

13. *Et terra erit in desolationem.* Terræ infidelium, quæ pertinaciùs restiterunt euangelio, ut terrena Ierusalem. Vel Iudæam tantum intelligit, ita dixit cap. 45. *Et faciam in favore, & indignatione relinam.*

*nobis*

Q 4

*Propter*

*Propter fructum cogitationum eorum.* Hierony. propter mala opera eorum.

14 *Pasce populum.* Verba sunt prophetæ pro populo suo orantis. Igitur Domine, memêto semper populi tui, qui sunt oves hæreditatis tuæ, id est, possessionis tuæ; *pasce eos,* & rege virga tua pastorali, qui *habitant soli in saltu,* id est, destituti aliarum nationum auxilio, & quasi ferarum omnium iniuriis expositi. *Pasce* inquam eos *in medio Carmeli,* id est, de sterilitate abundantiam magnam bonorum spiritualium, & donorum nouæ legis educ.

*Pascentur in Basan.* Abundabunt oves Dei spiritualibus pascuis significatis olim in pascuis fertilibus *Basan* montis, & *Galaad,* id est, redibit vetus illa fertilitas.

15 *Secundum dies egressionis tue ostendam ei,* &c. Id est, Edam coram eis mirabilia opera & ostendam me illis propitium, sicut, cum eduxi populum tuum, ô Michæa, ex Ægypto. Sed quoniam horum bonorum participes futuri non erant Iudæi, præter paucissimos, sed gētiles, ideo mutata persona, ait, *ostendā ei,* id est, Ecclesiæ ex gētibus.

16 *Videbūt gētes & confundētur.* Infideles vidētes Ecclesiæ multiplicationē, & felicitatē, cōfundētur super fortitudine sua, pudefiēt

*In Michæa Cap. VII. 249*

videntes se suis persecutionibus nihil aduersus Ecclesiam profecisse. E. sai. 61. *Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.*

*Ponent manum suam super eos.* Veritate & rerum euidencia redarguti obstupescēt, nec habebunt quid contra respondeant, cū de felicitate Ecclesiæ audierint.

*Aures eorum surdæ erunt.* Tacebunt, ac si surdi essent, & nihil audissent Psal. 37. *Factus sum sicut homo non audiens.*

17 *Lingent puluerem.* Puidi ac timētes pro cident in terram in signum reuerentiæ; & conuersi ad fidem, Deū adorabunt. Psal. 71. *Inimici eius terram lingent, & Esai. 49. Vultu in terram demisso adorabunt te, puluerem pedum tuorum lingent.*

*Sicut serpentes.* Qui corpore, & ore terrā contingunt, & terra vescuntur. Gene. 3.

*Velut reptilia terræ.* Hæc verba possunt ad præcedentia pertinere, lingent terram sicut serpentes, & sicut cætera huiusmodi animalia, quæ repūt: veletiam ad sequentia ad hunc modum; Ita properabunt ad fidem gētiles cateruatim, ac si vi aliqua, aut metu turbarentur, & cogèrentur fugere, sicut reptilia de cauernis suis proturbari solent.

*Dominum Deum nostrum desiderabunt.* Id est, admirabundi venerabuntur, & amabunt.

*Et timebunt te.* O Deus, scilicet, timore reuerentiæ, vel, te ò Israel Dei.

18 *Quis Deus similis tui.* Considerata tanta Dei bonitate, & Ecclesiæ felicitate, exclama gratias agens, & cõmendans Dei fortitudinem & potentiam nomine El.

*Et transis peccatum reliquiarum.* Trãscendis & superas peccata eorum, quos tibi referuisti in populo Iudæorum, vt salui fierent.

*Non emittet ultra furorem suum.* È per enim miserebitur Ecclesiæ, & benefaciet ei, non relinquet eam vt Synagogam.

19 *Reuertetur, & miserebitur nostri.* Etiam si nunc auersus videatur, tandem miserebitur populi sui per Christum. Quod optime etiam intelligitur de cõuersione illius populi, quæ in fine mundi futura est.

*Depnet iniquitates nostras.* Imperabant nobis iniquitates nostræ, & quasi subiectos nos tenebant, sed ipse illis dominatum auferet, & subiugabit, vt amplius nos non premant Psalm. 37. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.*

*In profundum maris.* Vbi nunquam vide-

ri, aut cognosci, aut lædere nos vlteriùs  
queât. Omnia quæ Iudæi detestabâtur pro  
ijciebant in mare mortuum.

20 *Dabis veritatem iacob.* Implebis quod  
promisisti iacob Exod. 28 .de semine suo  
per Christum saluando. De iacob solus po  
pulus Israel descendebat.

*Misericordiam Abraham.* Quod enim præ  
misit Abraham (qui est pater multarum gen  
tium, & de quo etiam secundum carnem  
erant multi populi gentium per Israelem,  
& filios Cheturæ) de salute gentium per  
Christum misericordia fuit, quia gen  
tes non habebant legem nec  
promissa Dei.

I N





I N N A H V M  
P R O P H E T A M .

*Prophetat in Niniven, quæ post pœnitentiam tempore Ionæ actam, iterum ad vetera peccata redijt & decem tribus crudelissime vexavit.*

*Caput I.*

1



Nus Niniue. Liber visionis Nahum Elcesæi. 2 Deus æmulator, & vlciscens Dominus & habens furorem, vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. 3 Dominus patiēs, & magnus fortitudine & mundans nō faciet innocentem: Dominus in tēpestate & turbine viæ eius & nebule puluis

uis pedum eius. 4 Increpans mare & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducēs. Infirmatus est Bafan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. 5 Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. 6 Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis, & petrae dissolutae sunt ab eo. 7 Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. 8 & in diluuiio pretereunte, consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebrę. 9 Quid cogitatis cōtra Dñm? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. 10 Quia sicut spinę se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. 11 Ex te exhibit cogitans contra Dominū malitiam: mente pertractans præuaricationem. 12 Hęc vicit

dicat Dominus, Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoque attondētur, & pertransibit: affixi te, & non affligā te ultra. 13 Et nunc conteram virgā eius de dorso tuo, & vincula tua dirumpam. 14 Et præcipiet super te Dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es.

15 Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adjiciet ultra vt pertranseat in te, Behai vniversus interiit.

**O** *Nus.* Dura ac minax prophetia Dei iam non sustinentis dissimulare tot peccata.

*Liber visconis.* Quia literis mandauit, & misit Assyriis.

*Elcesai.* quod oppidum fuit in Galilæa:

2 *Deus emulatores* Zelotes, vt est apud i XX: Id est, indignè fert, & irascitur maximè, quòd populum suum tam grauiter, ò Assyrii vexaueritis, Ideoque est *vlciscens* & ter dicitur, *vlciscens*, vt significetur tam certitudo, quam magnitudo vltionis.

*Habens*

3 *Habens furorem, iram magnam in vos,  
Et irascēs.* Hebr. *Noter, irā pectore referuās.*

3 *Dñs patiēs & magnus fortitudine.* Cuius cō  
stātia, & patiētia offēnsionibus nō frāgitur.

*Et mundans non faciet innocentem.* Licet pa-  
tiēs sit, tamen eū, qui iniquus est, non ab-  
foluet, nec vt innocentē liberabit, sed pu-  
niet. Itaq; nō desinet punire vos ò Assyrij.

*In tempestate, & turbine via eius.* Describit  
Dei potentiam in Assyrios venientis, vt  
eos puniat, id est, Dominus veniet in tem-  
pestate, hoc est, afferet potentiam, & impe-  
tum magnum, ac repentinū, cui nullæ hu-  
manæ vires resistere queant.

*Nebula pulvis pedum eius.* Exercitus eius  
erit ita innumerabilis, vt cælum nebula  
impleat, puluere, quem pedibus excitabit.

4 *Increpans mare.* Ne confidatis ò Assyrij  
multitudini hominum, potest enim Deus  
vno verbo exhaurire aquas maris, & flumi-  
num, id est, perdere multitudinem quæ est  
in Niniue, & in cæteris vrbibus vestris.

*Ad desertum deducens.* Deserta faciens,  
aquis priuans.

*Infirmatus es Bāsan.* Populus Assyriorum,  
olim opulētus, & florēs, destruetur, & pul-  
chritudo eius elanguescet.

5 *Montes cōmoti suui, fleb. tabescunt, vel, li-  
quescent*

questient, scilicet præ timore, & quasi in nihilum redigentur.

*Contremuit terra.* Timore subito refugit, & retracta est, vt aiunt LXX.

*Et orbis.* Non solùm terra Assyriorum tremet, sed etiã, si volet, eodem modo terribit orbem omnem.

7 *Confortans in die tribulationis.* Cùm populus duarum tribuum obsidebitur à Sennacherib, cõfortabit eos per Esaiam Esai. 37.

*Sciens sperantes in se.* Id est, protegens.

8 *Et in diluuiò prætereunte.* Cùm venerit tẽpestas belli Assyriorum super Ierusalem, consummationẽ faciet loci eius, id est, tribulationis illius.

*Inimicos eius.* Assyrios inimicos Dei calamitas, & vastatio per Angelum sequetur.

9 *Quid cogitatis contra Dominum.* Ita insanientes, vt dicatis Deum nõ posse de manibus vestris liberare Ierusalem.

*Consummationẽ ipse faciet.* Exercitus vestri

*Non consurget duplex tribulatio.* Salmanasar cepit Israel, at non capiet ita Sennacherib Iudam, vel, citò cadet imperium vestrum, ò Assyrij, & ita nunquam vlteriùs poteritis affligere Iudam, vt exponit Burg. in additione.

10 *Quia sicut spina.* Sicut spina componuntur,

tur, & coaceruantur, vt comburantur, & ita coaceruatæ videntur se complecti, sic Assyrii omnibus noxi, qui magna familiaritate & concordia epulis & conuiujs indulgebant, in obsidione Ierusalem simul confumentur ab Angelo, quasi stipula ariditate plena, id est, valde arida, id est, cito, & minimo negotio.

11 *Ex te exhibit*, Sennacherib, vel Rabfaces exhibit ex te ò popule, siue exercitus Assyriorum blasphemias contra Deum dicens; vt populus, Deo vero relicto, Assyrijs se dederet, & eorum idola coleret.

12 *si perfecti fuerint; & ita plures*. Etiã si Assyrii sint perfecti fortitudine, vt ait Hier. aut consilia (vt ait Chal.) vel etiam si pacifici sint [quod etiã significat Hebræa vox videlicet. *Et per magnam vim habet ad vincendũ concordia militum*. Et licet plures nationes auxiliares habeãt, sic quoque facillimè ab angelo vastabuntur, & *pertransibit Assur*, id est, desinet esse siue, vastato exercitu suo reuerteretur in patriam.

*Non affligam te ultra*. Ierusalé nihil est quod iam timeas Assyrios, non affligam te ultra per eos.

13 *Virgã eius*. Id est, Assyriũ, qua te percutiebat & percutere victam parabat.

*Vincula tua*. Quæ tibi captiuæ parabat, vel vincula vocat obsidionem. Vtrumque Hieronymus.

14 *Præcipiet super te Dñs*. Cōtra te Deus definet, & decernet magnum malum.

*Non seminabitur*. Nulli tibi o Sennacherib deinceps posteris nascentur; penitus peribit memoria tui.

*De domo Dei tui interficiam*. In domo idolorum tuorum interficiaris à filiis tuis. 4. Reg. 19. Ita Hierony.

*Sculptile & conflatile*. Inhumatum relinquetur in templo tuum cadauer, nec habebit quo operiatur, nisi idola, & templi tecta, atque parietes.

15 *Ecce super montes*. O Iuda, qui regnas in Ierusalé; noli esse sollicitus: ecce interficietur hostis tuus: ecce iam super montes tuos adest nuncius bonus annuncians tibi eius interitum. Celebra igitur festiuitates tuas, quas propter obsidionem celebrare non poteras, & redde Deo vota, quæ pro salute tua vouisti.

*Belial*. Superbum & crudelem Assyrium vocat Belial.

*Vniuersus interiit*. Ipse, & eius filij, & Assyriorum imperium citò finietur.

Cap.

Caput II.



1 Ascendit qui dispergat coram te, qui custodiat obidionem : contemplare viam , conforta lumbos, roborabora virtutem valde. 2 Quia reddidit Dominus superbiã Jacob , sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruerunt. 3 Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus, in cocci-neis: ignea habenæ currus in die præparationis eius, & agitatores cõsopiti sunt. 4 In itineribus cõturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. 5 Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendēt muros eius, & præparabitur umbraculum. 6 Portæ flui- uiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. 7 Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minaban-

tur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. 8 Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi vero fugerunt: state state, & non est qui reuertatur. 9 Diripite argētum, diripite aurū: & nō est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. 10 Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ.

11 Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & nō est qui exterreat? 12 Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leonis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina.

13 Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum: & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur ultra vox nuntiorum tuorum.

Ascen-

1 **A**scendit qui dispergat. O rex Assyriorum  
ascendet ad te Nabuchodonosor qui  
ante os tuum vastet agros, persequatur  
agricolas, rura populetur. Ita Hieron. dis-  
pergere enim est vastare. Est etiam Hebrai-  
ca vox Mephits malleus, quo Petre scinduntur;  
& claua, ac simile quod vis instrumen-  
tum ad vastandum, & hoc nomine Nabucho-  
donosor notatur; quasi dicat. Dissipator,  
Vastator.

*Qui custodiat obsidionem.* Qui te clausum,  
atque obsessum teneat, neque exire sinat.

*Contemplare viam.* Adhibe speculatores,  
qui tibi nuncient hostium aduentum.

*Conforta lumbos* Robur, & fortitudinē as-  
sume ad bellum quod instat.

*Robora virtutem.* Hiero. congrega exerci-  
tus, instat enim tibi bellum magnum.

2 *Quia reddidit Dominus superbiam.* Puniet  
Deus acriter Assyrios; eo quod superbie-  
rint, quod tam duas, quam decem tribus  
magnis calamitatibus affecerint. *Jacob* vo-  
cat duas tribus, quas multum vexauit Sen-  
nacherib.

*Vastatores.* Assyrij omnia vastantes.

*Propagines eorum.* Vires sunt ciuitates Re-  
giæ Ierusalem & Samaria; propagines ea-  
rum, ceteræ minores ciuitates.

3 *Clypeus fortium eius ignitus.* Id est, aureus? vel deauratus, ita vt sole percussus, videatur igneus. Indicat nobiles esse, qui in pugnam venient, ideoque magis formidandos.

*In coccineis.* Quæ vestis est nobilium.

*Igneæ habena currus.* Auro contextæ, & fulgentes per solem, vt ignis.

*Agitatores confopiti sunt.* Primores Assyriorum, qui se agitatores curruum esse gloriabantur, manserunt præ timore attoniti &, quasi nimio sonitu curruum obstupefacti, & surdi.

4 *In itineribus conturbati sunt.* Hiero. tanta est multitudo venientium (scilicet Chaldeorum) vt cõmixtum agmen sit in itinere, & discerni nequeat.

*Quadrigæ collisæ sunt.* Præ multitudine viâ non reperientes, in plateis mutuo inter se colliduntur.

*Aspectus eorum, quasi lampades.* Scintillas è vultu emittent præ ira.

*Quasi fulgura discurrentia.* Arma eorum fulgebunt, & ipsi velociter vbique discurrentes, fulgura videbuntur.

5 *Recordabitur fortium suorum.* Gemet rex Assur, & mirabitur deesse suis pristinam fortitudinem, qui cum properauerint, vt  
hostes

hostes repellant, & feriant, in ipsa via occidantur. Alij muros ascendunt vt vicinos iam hostes arceant ab vrbe, sed ita pertinaciter, ac diu in obsidione manebunt Chaldæi, vt necesse sit Assyrus umbracula in muris construere ad depellendas cœli, & aeris iniurias & missilium.

6 *Portæ fluuiorum.* Portæ Niniues, & aliarum ciuitatum, per quas prodire solebat magna hominum multitudo, instar fluuij.

*Templum.* Idoli Nesroch, & alia templa. Per quod intelligitur totius vrbs ruina.

*Et miles.* Id est, prætoriam militem, qui regem custodiebant, aut, præsidiarj, qui custodiebant vrbem.

*Et ancille eius minabantur.* Captiuæ mulieres. Niniues ducentur ante ora victorum gementes, vt columbæ, nec eiulare sistentur; sed obscuro murmure lachrymas deuorabunt, & ducentur, iam seruæ factæ

8 *Quasi piscina aquarum.* Fugient enim eius milites magno impetu; sicut, cum piscina rumpitur, fluunt est earum.

*State.* Vox est Niniues, aut prophetæ; cur fugitis? cur non pugnatis?

9 *Diripite argentū.* Babylonios alloquitur propheta.

*Non est finis.* Hiero. id est, supellectilis, & vasorum, quæ in Niniue condita sunt, Nunquam omnia exhaurietis, adeo plena est.

10 *Dispersa est.* Idem significant hæc tria, sed per amplificationem iunguntur ad magnam vastationem significandam.

*Eorū tabescens.* Timore dissolutum, & liquefactum.

*Dissolutio geniculorum.* Id est, magna viriū defectio.

*Defectio in cunctis renibus.* Magnæ imbecillitatis est hoc.

*Sicut nigredo ollæ.* Facies exustæ, & pallore deformes præ timore. Ioh. 4. *Omnes vultus redigentur in ollam.*

11 *Ubi est habitaculū leonū.* Amara irrisione utitur. Niniue vocat *habitaculum leonū*; *leones* autem reges Assyriorum, propter potentiam & crudelitatem, *leuenculos*, eorum filios & minores principes.

20 *Ad quam iuit leo.* In hanc pascuam, id est, Niuiuen recipiebat se leo ille magnus, id est rex Assyriorum, nemo prohibere eum poterat, rapiebat omnia, & prædam suis filiis & vxoribus diuidebat.

13 *Vsq̄ ad fumū. Vt penitus vertantur in fumum: in quadrigis autē cæteros belli apparatus intelligit.*

*Predam tuam. Diuitias ex præda, & rapina collectas.*

*Non audietur vltra vox. Quales in Ierusalem misit Sennacherib, non habebis, quos mitas, nec ad quos.*

### Caput III.

1



**M**Æ ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: nō recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis: 3 Et micantis gladij: & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. 4 Propter multitudinē fornicationū meretricis speciosæ, & gratæ, & habētis maleficia, quæ vēdidit gētes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis: 5 Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum: & reuelabo

pu'denda tua in facie tua, & ostendam  
Gentibus nuditatem tuã, & regnis ig-  
nominiam tuam. 6 Et projiciam su-  
per te abominaciones, & contumelijs  
te afficiam, & ponam te in exemplũ.  
7 Et erit, omnis qui viderit te, reliet  
à te, & dicet: Vastata est Niniue: quis  
commouebit super te caput? unde  
quæram consolatorem tibi? 8 Nun-  
quid melior es Alexandria populorũ,  
quæ habitat in fluminibus? aquæ in  
circuitu eius: cuius diuitie, mare: aque,  
muri eius. 9 Æthiopia fortitudo eius,  
& Ægyptus, & non est finis: Aphri-  
ca & Libyes fuerunt in auxilio tuo.  
10 Sed & ipsa in transmigrationem  
ducta est in captiuitatem: paruuli eius  
elisi sunt in capite omnium viarum, &  
super inelytos eius miserunt sortem,  
& omnes optimates eius confixi sunt  
in compedibus. 11 Et tu ergo inebriaberis,  
& eris despecta: & tu quæ-  
res auxilium ab inimico. 12 Om-  
nes munitiones tuæ sicut ficus cum  
grossis suis: si concussæ fuerint, ca-  
dent

dent in os comedentis. 13 Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis uetres tuos. 14 Aquam propter obliuionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem. 15 ibi comedet te ignis: & peribis gladio, deuorabit te, ut bruchus: congregare ut bruchus, multiplicare ut locusta. 16 Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sint cæli: bruchus expansus est, & auolauit. 17 Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum quæ confidunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum ubi fuerint. 18 Dormitauerunt pastores tui, rex Assur, sepelientur principes tui: latitauit populus in montibus, & non est qui congreget. 19 Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum

num super te: quia super quem non transijt malitia tua semper?

1 **V** *Æ ciuitas sanguinum.* Id est, plena peccatis. Deslet eius peccata & excidium.

*Vniuersa mendacij.* Vniuersa mendax, & plena dilaceratione prædarum; nulla est in te fides, & veritas; nihil facis aliud, quam rapere, & dilacerare alia animalia, id est, homines.

2 *Vox flagelli.* Nam iam in te audietur vox flagelli, quo equi ad cursum excitantur, vel (vt ait Hieronym.) flagelli, id est, crudelis imperij.

*Vox impetus rotæ.* Magno impetu ruentis, *Quadrige feruentis.* Celeriter per diuersa discurrentis, vt ait Hier. Hebr. Saltantis.

*Equitis ascendentis.* In currum, vt pugnet contra te.

3 *Micantis.* Terfi, & exacuti.

*In corporibus suis,* Id est, in cadaueribus suorum interfectorum à Chaldæis.

4 *Meretricis speciosa.* Propter multiplicem idololatriam Niniues, quæ variarum gentium colebat idola.

*Grate.* Amabilis oculis hominum.

*Haben-*

*Habentis maleficia.* Magicis artibus, & maleficijs dedita.

*Quæ vendidit gentes.* Quæ docuit idololatricam, & maleficia alias gentes, & generationes hominum, atque ita fecit eas capi ab alijs nationibus, & à Deo puniri.

5 *Reuelabo pudenda tua.* Ostendam omnibus quæ sis, & faciam vt te omnes detestentur; grauisima enim contumelia mulieri est, & detestationis causa nudari, & oculis omnium exponi.

6 *Proiticiam super te,* faciã, vt te omnes detestentur.

*In exemplum.* Quoties de magnis peccatis, & de magno supplicio narrabitur, statim in exemplum adduceris.

7 *Resiliet à te.* Stupefactus tam insigni calamitate, fugiensq;, ne quomodo eius particeps fiat.

*Quis commouebit super te caput.* Quis dolebit de tua ruina?

8 *Nunquid melior es Alexandria.* Num fortior es, aut præstantior Alexandria vrbis magna, & populosa, vt id effugere debeas, quod illa feret.

*Quæ habitat in fluminibus.* Describit situm, & fortitudinem Alexandriæ; quæ ab ortu, & occasu cingitur duobus Nili fluuijs; ab austro,

austro, Mareotico lacu; à Septétrione, mari Lybico.

*Cuius diuitiæ mare.* Cui mare præstat maximas diuitias, propter merces omnis generis, quæ per mare multò faciliùs vndique importantur.

9 *Æthiopia fortitudo eius.* Præter munitiorem loci, habet ex omni parte fida auxilia. Æthiopia enim ei fauet, & Ægyptus; (cuius multitudinis hominum non est finis) & Africa, ac præsertim illa eius gens, quæ dicitur Lybies Ægypti qui Alexandriam cognatione attingit, quia oriunda est ex Ægypto.

*In auxilio tuo.* Ô Alexandria, ad eam enim se conuertit.

10 *Miserunt sortem.* Quis cui feruiret ex captiuis.

11 *Inebriaberis.* Bibes abundè Ô Niniue, de calice iræ Domini.

*Ab inimico.* Necessitate cogere suppliciter petere auxilium ab eis, quos maxime oderas.

12 *Sicut ficus cum grossis suis.* Muri tui, & arces ita cadent, vt primitiæ ficus, cum concutiuntur.

13 *Ecce populus tuus mulieres.* Chald. Imbecillis est instar mulierum.

*Adapertione p̄dentur.* Ita legendum est, vt patet ex Heb. & ex lxx. A brir se han de par en par.

*Vestes tuos.* Quibus portæ hostibus clauderentur.

14 *Propter obsidionem.* Ne potus desit obsessæ multitudini.

*Intra in lutum.* Hiero. Lateres confice, vt interrupta murorum obstruas. Chald. *Subijce lutum, fortifica ædificia tua.*

15 *Ibi comedet te ignis.* Dum hæc præparas, igne & ferro consument te Chaldæi.

*Vt bruchus.* Scilicet, deuorat fruges.

*Congregare.* Collige numerum militum, quantum maximum poteris, ita vt sint innumeri instar locustæ, nam & ita peribis. Omnia per irrisionem dicit.

16 *Plures fecisti negociationes tuas.* Innumeras cōgregandi pecuniã artes inuenisti, & omnia negociationum genera exercuisti, vt ditesceres; sed istæ diuitiæ omnes ita erūt, vt bruchus, qui terrã tegit multitudine, sed citò auolat, & nullus postea apparet.

17 *Custodes tui, quasi locustæ.* Innumeri sunt, sicut locustæ; sed citò auolabūt, & aut occidentur, aut ducentur captiui, & non apparebunt ultra, vt locustæ, quæ frigore torpentes, per calorem volitant.

*Locustæ locustarum.* Parua genimina locustarum.

18 *Dormitauerunt.* Interficientur, & sepelientur omnes principes, & duces tui: qui poterant aduersarijs resistere. Atque ita reliquus populus tuus imbellis & ignobilis, dispergetur in montibus, & abscondetur, & non erit ullus dux, qui eum congreget, & de collectis, rursus cogat exercitum. Ita Hierony.

19 *Non est obscura.* Nota erit omnibus tua calamitas, & confractio, tuumque vulnus *Pessima est plaga tua.* Difficillimæ curationis; non potest curari.

*Auditionem tuam.* Quod de te narrabitur. *Compresserunt manum super te.* Plaudent manibus, de tua calamitate exultantes, quia omnes gentes vexasti bello & tributis, & sæuissima tyrannide.



**I N**



# IN HABACVC

## PROPHETAM.

### Caput I.

**1**  **N** V S quod vidit  
 Habacuc Propheta.  
**2** Vsquequo Domi-  
 ne clamabo, & non  
 exaudies? vocifera-  
 bor ad te vim pa-  
 tiens & nō saluabis? **3** Quare osten-  
 disti mihi iniquitatem & laborem, vi-  
 dere prædam & iniustitiam cōtra me?  
 Quare respicis contemptores, & taces  
 conculcante impio iustiores se? Et fa-  
 cies homines quasi pisces maris, &  
 quasi reptilia non habentia ducem? &  
 factum est iudicium & contradictio  
 potentior? **4** Propter hoc lacerata  
 est lex, & non peruenit vsque ad fi-  
 nem

nem iudicium: quia impius præualeat  
aduersus iustum: propterea egreditur  
iudicium peruersum. 5 Aspici-  
te in gentibus & videte, & admiramini, &  
obstupescite: quia opus factum est in  
diebus vestris, quod nemo credet cum  
narrabitur. 6 Quia ecce ego suscita-  
bo Chaldaeos, gentem amaram & ve-  
locem, ambulantem super latitudi-  
nem terræ, ut possideat tabernacula  
non sua. 7 Horribilis & terribilis est:  
ex semetipsa iudiciū & onus eius egre-  
diatur. 8 Leuiorens pardis equi eius,  
& velociorens lupis vespertinis, & dif-  
fundentur equites eius: equites nan-  
que eius de longe venient, volabunt  
quasi aquila festinans ad comedend-  
um. 9 Omnes ad prædam venient,  
facies eorum ventus vrens: & con-  
gregabit quasi arenam, captiuitatem.  
10 Et ipse de regibus triumphabit,  
& tyranni ridiculi eius erunt: ipse su-  
per omnem munitionem ridebit, &  
comportabit aggerem, & capiet  
eam. 11 Tunc mutabitur spiritus, &  
pertrans-

pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius Dei sui. 12 Nunquid nõ tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum: & fortem vt corriperes, fundasti eum. 13 Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris, quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorẽ se. 14 Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem? 15 Totum in hamo subleuabit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suũ. Super hoc lætabitur & exultabit, 16 propter eã immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. 17 Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere Gentes non parcet.

1 **O** *Nus Habacuc.* Cõtra Iudæos, & alias nationes multas à Chaldæis vastãdas, sed potissimum contra Chaldæos.

2 *Vsquequo Domine clamabo.* In persona populi sui, & sua loquitur. Cùm enim prævídisset gentes, & potissimùm Iudæos à Chaldæis esse vastandos, optat scire quomodo Deus impunè sinat exultare superbum & impium Nabuchodonosor atque affligere Iudæos, qui iustiores illo erant: cur pateris me, & populum meum opprimi à Chaldæis, nec tamen te opè allaturum polliceris?

*Vociferabor ad te vim patiens?* Hebr. *Vociferabor ad te violentiam?* id est, semper querens de vi, quæ populo meo inferenda est.

3 *Contra me.* In conspectu meo, me videte. *Et facies homines* Vide versum 14.

4 *Lacerata est lex,* Nihil ex præscripto legum, & iuris agitur.

*Ad finem* Non consequitur suum finem, qui est reddere unicuique quod suum est.

5 *Aspicite in gentibus.* Docet Ierusalem vastari propter peccata sua; ô prævaricatores videte gentes, quo modo vastatæ sunt à Nabuchodonosor; ita enim & vos vastabimini, qui earum impietatem imitati estis; nec poteritis ullis opibus resistere tot gentium victori.

*Fidete.* Considerate rectè.

*Admiramini.* Quod ita penitus vastandi estis.

*Opus factum est. De quo statim ait, ecce ego suscitabo chaldaeos.*

*Nemo credit.* Non poterant sibi persuadere se ita à Deo fore relinquendos, vt urbem, & templum vastari sineret.

Hunc locum citat Paulus Actuum 13. allegoricè de excæcatione iudæorum, cuius captiuitas Babylonica figura sit. Est autè Anthithesis, vos non potestis credere id aliquando fore & ego iã facere incipio.

6 *Amarã.* Crudelè & contristantè omnes.

7 *Horribilis.* Quæ vel solo vultu terreat.

*Ex semetipsa iudicium eius, & unus egredietur.* Faciet in direptione hostiũ quidquid libebit, & onus imponet, cui volet, nec ratione ducetur, sed erit p ratione voluntas.

8 *Leuiore pardi.* Pardi celeritatem magnam habent cum pari sæuitia coniunctã, & idè illa celeritas nō est ad fugiendum, sed ad insequendum. Talis erit celeritas equorum Chaldaeorum.

*Lupis vespertinis.* Qui vespere exeunt ad prædam sollicitati fame totius diei, & tunc sæuiores sunt, ac velociore.

*Diffundentur.* Magnum terræ spacium occupabunt.

*De longe venient.* Non solùm afferent suos equites, sed ex alijs nationibus auxilia-

res, & idèd plurimi erunt.

*Volabunt quasi Aquila.* Non ad pugnandum, ( nullus enim eis resistet ) sed ad lacerandum, vt Aquila. Hierony.

9 *Ventus vrens.* Quacumque transferint, omnia vastabunt, vt vento vrente cuncta virentia arescunt.

*Et congregabit quasi arenam captiuitatem.* Id est innumerabiles captiuos.

10 *Tyranni ridiculi eius erunt.* Hebr. *Risus eius erunt.* Id est, ducet illos ante currum suum captiuos, & irrisui habebit. Ita Hiero. Vel, ludicra eius erunt, sicut habebat Adonibezec Iudi. i. vel, contènet eorù potentiã.

*Tyrannos vocat reges & principes.*

*Super omnem munitionem videbit.* Contemnet munitionem arcium, & murorum.

*Comportabit aggerem.* Extruet è terra aggerem, & ita arces in arduo fitas capiet: E terra poterit facere, cùm ligna, & saxa non suppetent.

11 *Mutabitur spiritus.* Scilicet, in superbiã, vt ait Hieron.

*Pertransibit.* Regno priuabitur. Dan. 4.

*Corruet.* Post mortem in magna mala incidet irrisus in terra, & eiectus sepulchro, & denique irrisus ab omnibus in inferno, Esaie 14.

*Hæc est fortitudo eius Dei sui.* Per irrisionem dicit. Talem fortitudinem ei tribuet Deus suus, ipse autem se Deum faciebat, & sibi omnes victorias tribuebat; vt intelligimus ex fine huius capituli.

12 *Nunquid non à principio.* Tu Domine nos à principio elegisti; & populus tuus sumus, tuquè sanctus noster, qui nos sanctificas, & quem nos sanctè colimus, atque ità seruandi sumus à te; vt licet calamitatibus iactemur, tamen non penitus extinguiamur. Scio lanè Domine positum esse à te Nabuchodonosor, vt per illum iudices, id est, punias inobedientes tibi, & idèò tantam ei fortitudinem tribuisti. At cùm tibi omnis iniquitas displiceat, ac nullo modo possis probare quod malum est, quomodo ferre potes Chaldaeos, homines pessimos, instrumentum esse iustitiæ tuæ, & deuorare, atq; consumere Iudæos; qui licet peccatores sint, multo tamen sunt illis iustiores?

14 *Et facies homines quasi pisces maris.* Nihilò maiorem prouidentiam habere videris hominum, quàm abiectissimorum animalium: non enim magis punis homicidas, quàm si pisces, aut reptilia interfecissent.

*Quasi reptile non habens principē.* A quo pro-

tegantur & cuius ope atque consilio possint aduersarijs resistere.

15 *Totum in hamo subleuabit.* Hoc idcirco dico, quòd iste Nabuchodonosor, vt ait Hiero. vel potius rex, seu gens Chaldæorum, velut magnus piscator omnes nationes expiscatus est, minores pisces cepit *hamo*, id est, paruo exercitu, maiores *sagena*; & si quis per magna sagenæ foramina euasit, reti illum cepit, quod habet angustiora foramina.

*Super hoc letabitur.* Nō enim punis illum magis, quàm si pisces cepisset.

16 *sagena sue.* Omnes victorias tribuit fortitudini suæ, sibi que honores diuinos tribuit.

*Quia in ipsis incrassata est pars eius.* Per suam enim sagenam, & suum rete cōparauit sibi lautas epulas, & pisces crassiores, ac suauiores: Itaque *cibus eius electus est*, id est, omnium regnorum diuitias, & pulcherrima quæque, suis viribus & suo exercitu sibi vindicauit.

17 *Expandit sagenam suam.* Atque ita nihil aliud facit, quàm extrahere sagenam plenam magnis piscibus, & euacuare illam, & iterum extendere, id est, aliàs, atq; alias nationes vincere, & spoliare.

Capue II.

1



Vper custodiam meam  
stabo, & figam gradum  
super munitionem: &  
contemplabor, vt videã  
quid dicatur mihi, & quid respõdeam  
ad arguentẽ me. 2 Et respondit mihi  
Dominus, & dixit. Scribe visum, & ex  
plana eum super tabulas: vt percurrat  
qui legerit eum. 3 Quia adhuc visus  
procul & apparebit in finem, & non  
mentietur, si moram fecerit, expecta  
illum: quia veniens veniet, & non tar-  
dabit. 4 Ecce, qui incredulus est, non  
erit erecta anima eius in semetipso: ius-  
tus autem in fide sua viuet. 5 Et quo  
modo vinum potãtem decipit: sic erit  
vir superbus, & non decorabitur: qui  
dilatauit quasi infernus animam suã:  
& ipse quasi mors, & non adimple-  
tur: & congregauit ad se omnes gen-  
tes, & coaceruauit ad se omnes popu-  
los. 6 Nunquid non omnes isti su-  
per eum parabolam sument, & loque-

lam ænigmatum eius: & dicetur, Væ  
ei qui multiplicat non sua? vsquequo  
& aggrauat contra se densum lutum?  
7 Nunquid non repente confurgent,  
qui mordeant te: & suscitabuntur lace  
rantes te, & eris in rapina eis? 8 Quia  
tu spoliasti gentes multas, spoliabunt  
te omnes qui reliqui fuerint de popu  
lis propter sanguinem hominis & ini  
quitatem terræ ciuitatis, & omnium  
habitantium in ea. 9 Væ qui congre  
gat auaritiam malam domui suæ, vt  
sit in excelso nidus eius, & liberari se  
putat de manu mali. 10 Cogitasti  
confusionem domui tuæ, concidisti po  
pulos multos, & peccauit anima tua.  
11 Quia lapis de pariete clamabit: &  
lignum quod inter iūcturas ædificio  
rum est, respondebit. 12 Væ qui ædi  
ficat ciuitatem in sanguinibus, & præ  
parat urbē in iniquitate. 13 Nūquid  
non hæc sunt à Domino exercituum?  
Laborabunt enim populi in multo  
igne: & gentes in vacuum, & deficient.  
14 Quia replebitur terra, vt cogno  
scant

scāt gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare. 15 Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius.

16 Repletus es ignominia pro gloria, bibe tu quoque, & confopire: circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominix super gloriã tuã.

17 Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

18 Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus conflatile & imaginem falsam? quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulachra muta.

19 Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi ta centi. nunquid ipse docere poterit?

Ecce, iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius. 20 Dominus autem in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

Super

1 **S**uper custodiam meam stabo. Non mouebo pedem, sed diligenter conspiciam more eorum, qui locum sibi commissum in arce custodiunt.

*Figam gradum in munitione.* Non mouebor à parte munitionis mihi commissa.

*Ad arguentem me.* Ut videam, quæ respondeat mihi Deus, & quid ei respondere possim, si fortè me reprehenderit, quòd malè interrogauerim. Ita Hierony. vel, ad eos, qui me de hoc consuluerint, & contra responsa mea, dubitationes proposuerint.

2 *Scribe Visum.* Id est visionem, ne memoria hominum excidat; res enim est magni momenti.

*Explana eum super tabulas.* Scilicet perspicuis characteribus, ut à quouis legi possit sine hæsitatione.

3 *In finem.* Tempus legis gratiæ dicitur finis sæculorum. 1. Cor. 10.

*Expecta illum.* Christum; ipse enim intelligitur nomine venturi, aut expectandi. Hac reuelatione respondet ad eius quæstionem, cum dicat Christum esse venturum, qui iustos oppressos cõsoletur, & malos, oppressores eorum, puniat & iudicet. Quod cœpit facere in primo aduentu; & postea faciet plenè in secundo; de utroque enim aduen-

tu intelligitur prophetia.

4 *Ecce qui incredulus est. Videte, ut cum venerit, non priuētis vos tantis bonis per incredulitatem, sed recipite illum, & credite vtrumque eius aduentum.*

*Non erit recta anima eius. Non erit bonus coram me, non placebit mihi, nec poterit sine hac fide iustificari.*

*Iustus autem in fide sua viuet. Acquiret vitam gratiæ non per opera legis, sed per fidem Iesu Christi, quæ initium est veræ iustificationis. Ita citauit Paulus Rom. 1. & Galat. 3. similiter qui non crediderit secundum eius aduentum, non poterit permanere in vita per fidem accepta, nec resistere persecutionibus impiorum. Et ad hoc citauit Paulus Hebr. 10.*

5 *Et quomodo vinum potantem decipit. Ostendit etiam ante iudicium momentaneam esse malorum felicitatem; loquitur autem generaliter de omnibus malis, sed ita tamen, ut peculiariùs intelligi velit de Nabuchodonosor. Sicut vinum decipit potantem, quia eum primum exhilarat, deinde prosternit, & omnium risui, ac detestationi exponit; sic impiorum felicitas citò transibit, & ipsis postea dolorem & irrisionem omnium afferet.*

*Non*

*Non decorabitur. Nō glorificabitur ab alijs, imo omnes eum detestabuntur.*

*Dilatavit quasi infernus. Infaturabilis est vt mors & infernus, qui dilatant se vt multos recipere possint; ita iste non expletur diuitijs & regnis.*

6 *Parabolam sument. Carmen lugubre de eius calamitate compositum, vt Mich. 2. sumetur super vos parabola.*

*Et loquelam enigmatum eius. Component de eo sermonem valde ænigmaticum. Huiusmodi esse solent lamentationes; constant enim multis & obscuris metaphoris, & allegorijs.*

*Viquequo? Quis erit finis congerendi diuitias?*

*Et agruat contra se. Et vœ ei, qui multiplicat diuitias, quæ nihil aliud sunt, quàm lutum multo labore condensatum, vt fiat paries, & celerrimè postea corruiat, quia fundamentum non habebat; vel, quæ sunt viles, vt lutum.*

*Contra se. In damnationem suam.*

7 *Qui mordeant te. Medi, & Persæ, vt fortiores feræ lacerabunt te; aliæ nationes eis contra te adiunctæ, vt feræ minores mordebunt te, & nocebunt tibi quantum poterunt.*

8 *Qui reliqui fuerint.* Hieron. qui manum & crudelitatem tuam effugere potuerint.

9 *Propter sanguinem hominis.* Quia multos homines occidisti; sed potissimum, quoniam afflixisti terram, scilicet Iuda, & civitatem Hierusalem. Hæc autem omnia passus est Nabuchodonosor in posteris suis.

9 *Ve qui congregat auaritiam.* Qui per auaritiam congregat multas diuitias putans per eas se liberum fore ab omni malo; sicut avis, cum in excelsis nidum construit; quæ tamen sibi & domui suæ, id est, posteris erunt noxiæ, & causa magnæ ruinæ.

10 *Cogitasti confusionem domui tue.* Putabas te magnam gloriam comparare posteris tuis, & tamen comparasti magnam confusionem. Nam dum huiusmodi diuitias congregas, destruxisti populos multos, & magnis peccatis Dei, in te iram prouocasti.

11 *Quia lapis de pariete clamabit.* Lapides parietum murorum à te dirutorum clamabunt, vindictam à Deo poscentes, & respōdebit lignū, quod ponitur in medio structuræ ad continendos parietes respondit, id est, similiter vindictam peret.

Ita

Ita Hieronym. secundus sensus est; lapides, & ligna, quibus domum tuam ædificasti, clamabunt; furtiua enim sunt, aut numis ex rapina congregatis comparata.

12 *Qui ædificat ciuitatem.* Qui Babylonem magnificis ædificijs exornat, & præparat, id est stabilit, ex opibus sanguinis effusione & per partis rapinam congregatis. Michæ. 3. *qui ædificatio in sanguinibus.*

13 *Nunquid non sum æ.* Certè hæc, quæ dicturus sum, à Domino exercituum audiui, ut dicerem eis; incendetur Babylon à Medis, & persis; & Chaldæorum populi ac gètes aliarum nationum, quæ eis adhærebūt, conabuntur extinguere incēdium, sed frustra laborabunt. Totam enim eorum terrā implebunt Medi & Persæ innumerabilis multitudinis, sicut aquæ, quæ operiūt fundum siue alueum maris; ut cum Babylon vastata fuerit, cognoscant omnes gloriā & potentiam Domini punientis tyrannos, & depredatores. Ita Hiero.

14 *Vā qui potum dat amico suo.* Qui affligit, & quasi seruos tractat eos, qui se ei dederant, & socii erant & omnium risui eos exponit, ut qui inebriantur, & nudantur coram omnibus.

16 *Repleus est ignominia.* Putabas tibi id glo-

gloriosum futurum, quod tamen magnam tibi postea ignominiam afferet. Nam tu etiam bibes de calice iræ Domini, qui te ex omni parte circumdabit, id est, circumdaberis afflictionibus. Et tantum ex hoc calice bibes, ut necesse sit vomere ignominiose super gloriam tuam, id est, egeres quæ absorbueras, & illo vomitu inquinabis gloriam & claritatem, & potentiam tuam.

17. *Iniquitas Libani.* Abundanter veniet super te iniquitas, quam exercuisti in templi vastatione, & spoliatione.

*Vastitas animalium.* Vastitas, quam animalia intulerunt terræ sanctæ, & templo, deturberit eadem animalia, id est, confrecto & consternato animo esse faciet.

*Animalia.* Vocat Chaldeos, propter ferocitatem, & quia non ratione, sed affectibus ducebantur.

*De sanguinibus hominis.* Propter sanguinem hominum, quem fudisti in Ierusalem, & in Iudæa, & propter iniquitatem, quam fecisti in Iudæa & in Ierusalem.

18. *Quid prodest sculpsile.* Irridet Chaldeos, qui idolis suis confidebant, & putabant se ab eis esse protegendos. Nihil vobis proderit sculpsile, quia non est Deus, sed opus

T homi-

hominum; fictor illud sculpsit, & fecit hoc  
 conflatile, & illud sculptile, imaginem vi-  
 delicet mentientem, quia nihil habet Dei.  
 Et tamen ita demens est homo, vt ipse qui  
 fecit idolum, spem suam in eo collocet, &  
 ideo fecerit simulacra huiusmodi, quæ nec  
 sensum habent, nec sermonem.

19 Qui dicit ligno, *expergiscere*. Qui à mutis  
 idolis auxilium petit, ac si intellectum ha-  
 berent, *expergiscere*, & surge. Verba sunt in-  
 cusantium, quòd auxilium ferre differant;  
 vt Psalm. 43. *Exurge, quare eb dormis Domine*

*Nunquid ipse docere poterit? Num lapis pote-  
 rit adoratori suo aliquid dicere, & indica-  
 re ytilia, aut inutilia? nihil aliud est ido-  
 lum, quàm lapis auro tectus, aut argento,  
 vita omni & spiritu carens.*

20 Dominus autem in templo. At non talis est  
 Dominus noster, qui est in cælo vt Domi-  
 nus omnium, & inde cuncta videt, & re-  
 git. *Omnis terra sileat, à facie eius, id est, co-  
 ram eo, id est, cum reuereatur, & adoret.*

Nam qui aliquem multùm venera-  
 tur, præ reuerentia non au-  
 det loqui coram

eo. *Cap.*  
 T

Caput III.



Omne audiui auditionem tuam, & timui: 2 Domine opus tuum in medio annorum, viuifica il-

lud: in medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiae recordaberis.

3 Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Semper operuit caelos gloria eius, & laudis eius plena est terra.

4 Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

5 Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

6 Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus aeternitatis eius.

7 Pro iniquitate vidi rectoria Aethiopiae, turbabuntur pelles terrae Madian.

8 Nunquid in fluminibus iratus es Dñe? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio?

9 Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. Semper. Fluuios scindes terræ.

10 Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transijt, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.

11 Sol & lunâ steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

12 In fremitu conculcabis terram: in furore obstupescies Gentes.

13 Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo: percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum vsque ad collum. Semper.

14 Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius venientibus vt turbo

ad dispergendum me: exultatio eorū, sicut eius qui deuorat pauperē in abscondito.

15 Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

16 Audiui, & conturbatus est venter meus, a voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, & subterme scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum.

17 Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus olluæ, & arua non afferent cibum: abscondetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus.

18 Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

19 Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem.

1. **P**ro ignorantibus. Auduit Propheta capere  
 2. venturum esse Christum; nunc  
 orat, vt impleat Deus id, quod promissit,  
 nec propter ignorantias, id est peccata ho-  
 minum tantum bonum differatur.

2. *Audui auditionem tuam.* Audui hoc opus  
 magnum, quod pro salute hominum fa-  
 cturus es.

*Timui.* Timore reuerentia, vel, obstupui  
 admiratione tanti operis. Vnde LXX. ad-  
 diderunt; *consideraui opera tuas & expani.*

*In medio annorum.* Cùm tempus à te signa-  
 tum aduenerit.

*Viuisca illud.* Fac vt prodeat hoc opus  
 incarnationis filij tui. Ita enim intelli-  
 gunt Euseb. lib. 6. Demonstr. Euangeli-  
 ca. cap. 15, & August. lib. 18. de Ciuitate  
 cap 33. ne patiare tantum opus, & promissum  
 tuum iacere quasi mortuum; viuisca  
 illud.

*In medio annorum notum facies.* Non de-  
 fines implere quod promisisti, & licet pec-  
 catis hominum motus sis, tamen cùm tem-  
 pus aduenerit, misericordiam tuam non  
 subtrahes.

3. *Deus ab Austro veniet.* Alludit ad illud  
 Deus. 33. *Dñs de Sinai veniet, & de Seir ortus  
 est nobis, apparuit de monte Pharan.* Sed quia  
 Sinai

Sinai, in quo data est lex, figura fuit veteris testamenti Galat. 4. tantum meminit Seir, (qui mons est in regione Australi, id est, in Idumæa) & montis Pharan ei conjuncti; quia in monte Seir iussit Dominus erigi æneam statuam Num. 21. quæ fuit aperta figura liberationis hominum per crucem; & in Phara implevit Spiritu sancto LXX senes Num. 11. quæ fuit figura sanctificationis futuræ in die Pentecostes. Hoc igitur ait; ille, qui erat in monte Seir, & in Pharan apparebit; iam ex his locis transibit & veniet manifesta in luce conspiciendus.

*Operuit caelos gloria eius.* Tanta erit claritas, & gloria rerum ab eo gestarum, & miraculorum, ut cælum & terram impleat; Lucæ. 2. *Gloria in excelsis Deo.* Psal. 8. *Domine Dominus noster,* &c. *Splendor eius, ut lux erit.* Splendor doctrinæ eius erit ut lux solis, cunctas tenebras fugabit.

*Cornua in manibus eius.* Sumet cornua, & adversarios suos vincet, ac regnum sibi comparabit, in cruce pendens: sumptâ metaphora ab animalibus, quæ cornibus ventilant, & vincunt minora animalia Ioan. 12. *Ego si exaltatus fuerò à*

terra, omnia traham ad me ipsum. *Abi abscondita est.* Cum vincebat, & tota  
 terra sumpterat, victus tamen videbatur, &  
 virtus Diuinitatis eius latebat, ac infir-  
 mitas humanitatis ostendebatur. *ante faciem eius abi in omni.* Moriendo, mor-  
 tem vincet, illaque victa, & pudibunda  
 fugiet. *Corinthio.* *Abforpta est mors in*  
*Victoria.* *Et egredietur Diabolus.* Resem, Hebræis  
 (vt refert Hieronymus) est dæmon ille  
 qui inter alios principatum tenet, & mi-  
 lieri locutus est in Paradiso. Hic vic-  
 tus fugiet, nec audebit coram eo con-  
 sultere.  
*Et stetit & mensus est eternam.* Resurgens, &  
 vt victor considerat terram labore suo  
 debellatam, & eam militibus suis distri-  
 buit; ita Christus mittet Apostolos per  
 orbem distributis prouincijs; *Matthæ. vl-*  
*timo.* *Data est mihi potestas in celo, & in terras*  
*euntes ergo docete omnes gentes.*  
*Et respexit & dissoluit gentes.* Docet quo-  
 modo per prædicationem Apostolorum,  
 mundum ad se conuerterit.  
*Et vidit omnia plena esse in fi-*  
*delitate.* *Et dissoluit.* Credentes in se à peccatorum  
 vin-

vinculis. Ita August. in lib. de essentia Di-  
 ninitatis. *Construit sunt montes seculi. Montes seculi est  
 colles mundi, vocat reges & principes, qui à  
 longissimo tempore regnauerant, id est, à  
 seculo, nam pro mundi, est Holam. Et hos  
 corruit, & vicit, ac sibi subiecit, E. saia 40.  
 & I. uca 3. Omnis mons & collis humiliabitur.*  
 Nam qui illi assueti sunt imperare, diffici-  
 lissimis parent alijs. *Abi in eribus aternitatis eius.* Eo quod ipse,  
 qui aternus est, dignatus est in tempore  
 nasci inter homines. vel, quoniam ab ini-  
 tio mundi venit per Prophetas suos sepe  
 ad homines, & tandem ipse venit in carne;  
 nam prædicatio Euangelij, confirmata au-  
 thoritate prophetarum, multum & Iudæos  
 & gentiles mouit. *Pro iniquitate vidi.* Incipit loqui de se-  
 ueritate, qua Deus in iudicio puniet eos,  
 qui resisterunt Euangelio, & pios persecu-  
 ti sunt. Chusan (vt est in Hebræo) siue  
 Æthiopes, vt est in vulgata, vocat eos, qui  
 persequuntur sanctos. Nā Chusan rex Me-  
 sopotamiæ, & Madianitæ fuerunt ex pri-  
 mis, qui populum Dei persecuti sunt. Iud.  
 3. & 6. Vidi igitur victa, atque disiecta ten-  
 toria persecutorum (quos ob deformita-

tem morum vocat *Althiopes*) & tabernacula Madian conturbata maxime timore imminentis calamitatis; cū Deus prodigia faceret p̄nūcia iudicij. Iste gentes tabernaculis utebantur; quæ conficiebantur ex pellibus.

*¶ Nunquid in fluminibus.* Signa, & prodigia magna videbuntur ante diē iudicij in mari, & in fluminibus. Vide *Apocal. 8 p̄ 8 & 16*. Sed nūquid Domine, cū more fortis bellatoris quadrigas tuas ascendes, vt liberes tuos ab iniuria malorum, & quadrigæ tuæ saluationem iustis afferant, sistes in aquis ira tua certe non sistet; sed in hominibus etiam magnam iragem ledes. Idē subdit; *suscitans suscitabis.* Videbatur arcus tuus, & tua fortitudo iacere; cū iniurias impiorum dissimulabas; sed nunc suscitabis tuū arcum, & ostendes in eorum p̄cnis tuam fortitudinem.

*¶ Iuramenta tribubus.* Suscitabis etiā iuramenta facta tribubus Israel; in quibus omnes electi intelliguntur. Nam tua promissa, & iuramenta etiam iacere videbantur. Iuramentum est illud, de quo *Iuca 1. iurandum, quod iurauit.* Sed dicit numero plurali, quia sæpe repetita est ea promissio in scriptura, & multis patribus facta.

Pluuios scindes terre. Multitudinem, atque exercitum malorum in tuos irruentium. *10. Viderant te montes.* Id est, horum, duces viderunt te incipientem venire per horrenda prodigia ad iudicium, & doluerunt vehementer *Lucæ 21. Arescentibus hominibus præ timore.*

Gurges aquarum transijt. Eorum vis omnis, & impetus, & quasi inundatio in tuos, transijt, id est, finita est te veniente. Tantis enim doloribus erunt plenis, ut alios vexare non possint.

Dedit abyssus vocem suam. Inferi, & cœli laudabunt te, & gratulabuntur tibi quod pœnas de inimicis tuis, sumpturis. Vel, animæ, quæ sunt in purgatorio & Angeli. *Leuare manus est gratulantium & laudantium 2. Esdr. 8. Et respondit omnis populus amen, amen steterunt manus suas.*

Sol, & Luna steterunt. Prius videbantur non esse in coelo *Ioel 2. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem;* sed postea recipient lumen & splendorem suum, & apparebunt. Ita Hierony.

In luce sagittarum tuarum ibunt. Scilicet, fugientes; aut, morietur, & ex hac vita transibunt

ibūt propter sagittas tuas igneas, id est, propter conuersiones & fulgura; Sap. 5. *Uant directē emissiones fulgurum, & quasi a benē curato arēo nubium exterminabuntur.* Lucæ 2. 10. *Stella cadent de cælo per hastam fulgurantem, id est, ex acutā, vt plus feriat.* Intelligit fulmina.

12. *In fremitu conculcabis.* Fremens. & furore plenus, & vindictæ cupiditate flagrans, omnia conculcabis, & omnes nationes uehementer terrebis. Nec mirum, æquum enim est, vt tuam ostendas potentiam, cum egressus fueris, vt liberes tuos ab iniqua maiorum simul cum Christo tuo; id est, vt eius Diuinitatem omnibus ostendas, iuxta illud Psalm. 109. *Tecum principium in die,* & c. 13. *Petrus sisse caput.* Caput in domo Diaboli, id est, potissimus ex eius domesticis, est Antichristus, quem Christus interficiet Spiritus oris sui. 2. Thessal. 2. *Collum sunt potentiores eius amici, & propiores ei, vt collū capiti.* *Fundamentum.* Turba populi eum sequentis, quo eius vires, & imperium nitentur. Euertes igitur fundamenta, nec solū multitudinem, sed potentissimos quoque eorum occides.

14. *Maledixisti sceptris eius.* Regnum & tyrannicam potētiā Antichristi destrues & bel-

& bellatores eius magno impetu irruentes in me, & in populum electorum.

*Exultatio coram.* Exultabant, quod putarent nos minimè euadere posse manus suas, quasi neminem haberemus, à quo iuuarentur; quemadmodum diues, cum vult spoliare pauperem nemine sciente, à quo ille possit adiuari, exultat, quòd rem iam confectam putat.

*15. Quam fecisti in mari.* Quamuis tui electi, sint tunc in magnis afflictionibus; ita vt videantur nulla ope posse ex eis eripi, tu tamen viam inuenies, qua equis tuis uictus, vt fortis bellator venias eò, vbi illi sunt, & eos inde eripias. Hoc intelligitur nomine *aquarum*, & *luti*, in quo quis infigitur, & exire nequit; Psalm. 68. *Intrauerunt aque vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundì.* Ibidem. *Eripe me de luto,* &c. & Psalm. 39. *Et eduxit me de lacu miserie, & de luto facis.*

*16. Audiui & conturbatus.* Tanta est magnitudo suppliciorum, quæ de aduersariis tuis sumes, vt audiens metu, & commiseratione commouear, ita vt vix hæc ipsa verba possim effari.

*Ingrédietur putredo.* Id est, quæuis malapatiar, & ossibus ac carne vermibus scateam,

team, dummodo in die illo iudicii illis associet (qui fortiter contra Diabolum dimicauerunt, & cum Christo regnant) atq; illis, qui eodem tempore fortiter contra Antichristum dimicabunt.

17 *Ficus enim non florebit.* August. 18. de Ciuitate, cap. 33. per terrenam fecunditatem, ubertatem copiarum spiritualium more prophético significari dicit. Ita videmus Hoseæ 2. & ultimo, Ioel. 1. & 3. Hamos ultimo, Mich. 5. Ait igitur, opto omnia pati, modo tunc populo sanctorum associet, quoniam eo tempore Antichristi, & uentibus persecutionibus deficient charitas, & uirtutes in plurimis; adeo ut qui videbantur fructuosæ arbores esse, tunc areseant; ut Dominus docet latè Matth. 24. Hanc inopiã, ut magis ac magis explicet, alijs atq; alijs uirtutibus similitudinibus.

*Abscindetur de uili pecus.* Defectus pecoris, & bouum, magnam inopiam ostendit.

18 *Ego autem in Domino gaudebo.* Cum hæc mala erunt in terra, ego, Christo per gratiam associatus, gaudebo, quod per eius gratiã è tantis calamitatibus ereptus fuerim. Pro Iesu ponitur Iesah, id est, salus. Salus autem ponitur pro effectore salutis, id est, pro Christo. Vnde lxx. *In Deo saluatore*

meo. Chald. In Deo facere redemptionis mee. Re-  
te ergo Hiero. posuit in Deo Iesu meo.

19. Deus Dñs fortitudo meo. Id est, forcem me  
efficiet, non sperabo aliunde fortitudinē.

Et ponet pedes meos, quasi ceruorum. Celeres ad  
fugienda mala, & ad trāsilienda huius mū-  
di impedimēta. Sed magis loquitur de do-  
te agilitatis, qua sancti eleuabuntur obuiā  
Christo, in aera, & postea in cœlum.

Et super excelsa mea deducet me. Id est, per  
viam tutam. Tunc enim cerui tuti sunt, cū  
in sublimes montes fugere potuerūt, quo  
venatores & canes venire nō possunt. Sed  
melius dicemus, sumi similitudinem à fi-  
lijs Israel, qui de captiuitate redeuntes,  
summa cum exultatione ascendebant ex-  
celsa sua, id est, mōtes patriæ suæ. Hoc fuit  
figura ascendentium sanctorum cum Chri-  
sto post iudicium, & de hoc loquitur.

Victor in Psalmis canentem. Melius legitur  
Victori, vt multi adnotarunt, & vt Hieron.  
& Aquila in titulis Psalmorum vertunt  
vocem Hebræā lamnatseah. Ita enim etiam  
hic habemus, id est Victori. Ergo ascēdēs  
in cœlum, cum electis dulcissimē canam  
Psalmos Christo Victori mortis, & Diaboli,  
& inferni. Ipsi gloria & imperium in sæcu-  
la sæculorum. Amen.



# IN SOPHONIAM

PROPHETAM

Capitulum 1.

**V**ERBVM Domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliae, filij Amariae, filij Ezechiae in diebus Iosiae filij Amos regis Iudae. 2 Congregans congregabo omnia a facie terrae, dicit Dominus. 3 Congregans hominem & pecus, congregans volatilia caeli & pisces maris: & ruinae ineriorum erunt: & disperdam homines a facie terrae, dicit Dominus. 4 Et extendam manum meam super Iudam & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal,

& nomina ædituorum cum sacerdotibus: 5 & eos qui adorant super tecta militiã cæli & adorât & iurant in Domino, & iurant in Melchom: 6 Et qui auertuntur de post tergũ Domini & qui non quæsierunt Dominũ, nec inuestigauerunt eum. 7 Silete à facie Domini Dei: quia iuxta est Dies Domini, quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit uocatos suos. 8 Et erit: in die hostiæ Dñi uisitabo super principes & super filios reges & super omnes qui induti sunt uelle peregrina: 9 & uisitabo super omnẽ qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domũ Domini Dei sui iniquitate & dolo. 10 Et erit in die illa, dicit Dominus, uox clamoris à porta pilcium, & ululatus à Secunda, & cõtritio magna à collib?. 11 Uulate habitatores Pilæ: conticuit omnis populus Chanaan, disperierũt omnes inuoluti argento. 12 Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalẽ in lucernis, & uisitabo super viros defixos in

facibus suis: qui dicunt in cordibus  
 suis, Non faciet bene Dominus, & nō  
 faciet malē. 13 Et erit fortitudo eo-  
 rum in direptionem, & domus eorum  
 in desertum: & ædificabunt domos, &  
 non habitabunt: & plantabūt vineas,  
 & non bibent vinū earum. 14 Iuxta  
 est dies Domini magnus, iuxta est &  
 velox nimis: vox diei Domini amara,  
 tribulabitur ibi fortis. 15 Dies iræ  
 dies illa, dies tribulationis & angustię,  
 dies calamitatis & miserię, dies tene-  
 brarum & caliginis, dies nebulæ & tur-  
 binis: 16 dies tubæ & clangoris super  
 ciuitates munitas & super angulos ex-  
 celsos. 17 Et tribulabo homines: &  
 ambulabunt vt cæci: quia Domino  
 peccauerūt: & effundetur sanguis eo-  
 rum sicut humus, & corpora eorū si-  
 cut stercorea. 18 Sed & argentum eo-  
 rū & aurum eorum nō poterit libera-  
 re eos in die iræ Domini: in igne zeli  
 eius deuorabitur omnis terra, quia cō-  
 summationem cum festinatione faciet  
 cunctis habitantibus terram.

**V**erbum Domini. Ostendit Deum verū præcipuum authorē esse huius prophetiæ, quem idē vocat *Iehouah*; se vero tantum esse ministrum.

*Filium ebusti.* Ostendit hæreditariā quodam modo sibi esse prophetiam. Isti enim omnes fuerunt prophetæ iuxta traditionē Hebr. quam probat Hierony.

*In diebus Iosie.* Eodem tempore, quo Ieremias caput, & Holda 4. Reg. 22. id est regnāte Anco Martio quarto rege Romanorū, vt ait Eusebius in Chron. & August. 18. de Ciuitate, cap. 33. Caput autem regnare Iosias 81. anno à captiuitate decem tribuum, & 53. cum dimidio ante captiuitatem duarum.

*Congregans congregabo.* Omnia delebo, & disperdam; *todo lo arrebañare.* Prædicit captiuitatem Iudæ, propter eius idololatriam.

*Congregans hominem & pecus.* Per partes explicat, quod in genere dixerat. *Pecus* vocat omne animal terrestre, quod non est ex ferarum genere, id est Behemah, vt intelligimus ex Genes. 1. & totum id dicitur à latinis *pecus*, vt docet Valla. lib. 4. c. 42. Subauditur autem *congregabo*, vt sit *congregans congregabo.* Vbi hominum solitudo est,

etiam aues, & animalia mitiora desiderantur, & pisces, qui nō nant ferè, nisi in mari proximo terræ habitabili. Idem ait Ierem. cap. 4. & 9. & Hof. 4.

*Et ruine impiorum erunt.* Impii, qui me relicto, idola secuti sunt, magnis calamitatibus opprimentur, quas nullo modo euadere dabitur.

*Et disperdam homines.* Repetit, quod dixerat, ad maiorem dicti confirmationem, & ad breuitatem temporis indicandam: iam enim imminebat captiuitas.

*Et extendam manum.* Iudam vocat duas tribus sumpta denominatione à principaliori. Coniunctio, *Et*, est declaratiua, valens idè quod *id est*: *disperdam homines*, id est, puniam Iudam; non enim de cæteris hominibus loquitur. Extensio manus gestum percutientis ostendit, vt ait Hierony.

*Et super omnes habitantes Ierusalem.* Quauis in visis Iuda intelligantur etiam habitantes Ierusalem, tamen illis potissimum loquitur, quia ipsi magis debuerunt auersari omnem idololatriam, vt qui habeant in vrbe sua templum, & sacerdotes, & legisperitos.

*Et disperdam de hoc loco reliquias Bahal.* Nihil remanebit vestigium cultus Bahalis; *perdam*

perdam reliquias idololatriæ, quæ ex decem tribubus remanserant in duabus, v<sup>t</sup> videmus 4. Reg. 17. Vel, (vt vult Hieron.) perdam profus cultores Bahal, qui ex cæde hostium remanserunt in populo; ita vt ne vnus supersit. Quod potest intelligi vel de relictis in Iudæa post ductum in captiuitatem Ioachim. 4. Reg. 24. vel de relictis post excidium vrbis. Qui timentes Chaldæos, fugerūt in Ægyptū, & ibi consumpti sunt, Ierem. 43. & 44.

*Et nomina adituorum cum sacerdotibus.* Ædituos per contemptum vocat sacerdotes idolorum, Hebr. Cemarim, id est, atratos quòd atris vestibibus vterentur, & sacerdotes qui quondam Dei fuerunt, & postea simul venerati sunt idola.

5 *Et eos qui adorant super tecta militiam cali.* Id est solem, & lunam, & stellas. Et vt adorarent cõscenderunt tecta, quæ plana erant more eius regionis, quo melius, & liberius possent eos suspicere.

*Et adorant & iurant in Domino.* Disperdam eos, qui simul colunt Deum, & Melchom, & per vtrumque æquè iurant.

6 *Et qui auerturntur de post tergum Dñi* Disperdam eos, qui licet idola non colāt, desierūt tamē Deo viua fide, & operibus adherere.

*Nec inuestigauerunt eum, Chald. Neque precibus postularunt à conspectu ipsius. Leo Iudas vertit, neq; sciscitatur eī, lxx. neq; adherent illi id est, nec pertinaciter tenuerūt. Inuestigauerunt, id est diligenter quæsierūt. Hæc repetitio verbi idem significantis habet exaggerationē, id est, nec priori tēpore quæsierunt, nec postea; nullo tempore resipiscere voluerunt.*

7 *Silete à facie Domini. Tremite, & formidate, qui exultabatis in peccatis, & putabatis Deum oblitum esse scelerum vestrorū; iam adest dies Domini, id est, captiuitatis. vel potius; Tradite vos Deo cum timore & reuerentia, & subijcite vos illi, & per pœnitentiā liberamini à captiuitate imminēti.*

*Quia preparauit Dominus hostiā. Multitudinē interficiendorum à Chaldæis vocat hostiā, more prophetico, vt Isaia 34. Ierem. 46.*

*Sanctificauit vocatos suos. Vocati sunt Chaldæi, quos Deus adduxit, vt videmus Ierem. 25. & respectu huius hostiæ, ipsi adhibentur vt sacerdotes; propterea vocantur sanctificati, quod est proprium sacerdotū, vt videmus Exod. 28.*

8 *Visitabo super principes. Qui aliis exemplo esse debuerant, & grauius peccauerunt Ierem. 52. Sed omnes principes Iuda occidit*

dit (rex Babylonis) in Reblata.

Et super filios Regis. Tres Iosia filios intel-  
ligit, qui vel occisi, vel capti sunt 4. Reg.  
23. 24. 25. Et etiam nepotes regis Iosia, id  
est, filios Sedecia ante patris oculos occi-  
sos à Nabuchodonosor 4. Reg. 25.

Qui induti sunt veste peregrina. Hac peri-  
phrasi notat cultores idolorum (vt aiunt Hie-  
ro. & Chald.) qui, scilicet, cum vestibus ido-  
latriam etiã finitimarum gentium acceperunt.

9 Qui arroganter ingreditur super limen. Id est, su-  
perbos qui cum quodam fastu, & dignita-  
tis supercilio gradus templi, & sanctuarij Li-  
men ascendant. Ita Hiero. Secundo eos qui ser-  
uiunt idolis, & superstitioni Palæstinarum,  
qui, in honorem Dagon, non audent calca-  
re limen templi, sed transiliunt; vt videmus  
1. Reg. 5. Nam pro eo quod est arroganter in-  
greditur est in Heb. *Had leg*, id est, *transilientem*.

Ita Chald. & recipit hunc sensum Hieron,  
10 Vox clamoris à porta piscium. Significat Ba-  
bylonios in urbem vniuersam esse irruptu-  
ros, & vbiq; audiendum esse magnam cla-  
morem morientium, & oppressorum à vi-  
ctoribus. Porta piscium erat quæ ducebat  
ad mare; per quam pisces inferebantur. *se-  
cunda* (vt ait Hierony.) est porta in secundo  
muro, in eodem latere quo porta piscium.

*Colles* vocat montem Sion, qui minoribus collibus cingebatur.

11 *Vlulate habitatores Pile. Pilam*, id est, vas concauum, in quo frumēta siccata tunde-  
bantur, vocat locum profundū in ciuitate  
in modum foueæ, id est, vallem inter supe-  
riorem, & inferiorem ciuitatem; quam Io-  
seph. 6. de bello, cap. 6. vocat Tyropœon.  
Hiero. dicit esse vallem Siloe, quoniã ( vt  
ibidē ait Ioseph. ) illa vallis pertinet vsq;  
ad Siloam fontem. Quasi diceret, quemad-  
modum in pila, frumēta vecte de super fe-  
riēte, tūdūtur, ita de porta pisciū & de Se-  
cūda & de collib<sup>9</sup> prouēs in vos exercitus  
contundet, & cōminuet vos, vt ait Hiero.

*Conticuit omnis populus Chanaan.* Populum  
Chanaā vocat Iudæos; quoniã nō sanctita-  
tem patriarcharum, sed impietatē Chana-  
næorum imitabātur; simul innuēs eos esse  
ei ciendos è terra promissionis; sicut olim  
eiekti sunt Chanaanæi. *Conticuit*, id est conui-  
ctus, & confusus est; ita vt, tanto supplicio  
punitus, non habeat quid contra Deū di-  
cat: Ierem. 8. *Ingrediamur ciuitatem munitā, &  
fletamus ibi, quia silere nos fecit Dñs, &c.* Secun-  
do, *conticuit*, periit, excissus est, ex tanta po-  
puli frequētia ne vnus quidem relinque-  
tur, cuius vox audiri possit. Tertio, *conti-*  
*cuit,*

euit, id est, tanto dolore opprimetur, vt vocem emittere non possit.

*Omnes inuoluti argento.* Qui sibi in diuitijs confidebant, & tantas habebant opes, vt se quasi inuolutos, & septos suis diuitijs estimarēt. Ita Hiero. lxx. *Erethi argento*, id est, opibus superbientes. Hebr. *onusli argento*.

12 *Scrutabor ierusalē in lucernis.* Omnes latebras ostendā Chaldæis, vt qui ad eas cōfugerint, deprehendantur, & occidantur. Sumit metaphoram ab ijs, qui aliquid diligētissimè quærūt, & ad hoc lucernas accendunt, vt mulier Luc. 15.

*Et visitabo super viros defixos in facibus suis.* Id est, super cōfidentes in viribus suis corporis, quas per irrisionē vocat *faces*, siue, *super defixos* in peccatis suis. Hęc ex Hier. Sed melior sensus est, sup eos qui trāquillè hacten<sup>9</sup> vixere in suis diuitijs, nec vllō aduersitatis impetu pulsati sunt. Sumitur metaphorā a vino, quod, dū super faces suas immotū manet, odorē suū integrū retinet, & saporē & perspicuū est. Ita R. David, & Vatabl. & Montan. & sumpsere ex Chaldæo. Probaturq; optimè ex Ierem. 48. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in facibus suis, nec trāsferus est de vase in vas, & in trāsmigrationē non abiit, idcirco permanet gustus eius in*

eo, & odor eius non est immutatus.

*Defixos.* Hebr. cōgelatos, coagulatos. Id est, immotos.

○ *Qui dicunt in cordibus suis.* Qui, eo quòd nō puniuntur, putant Deum non curare humana; & dicunt; nec Deus beneficio afficiet seruantes mandata, nec supplicio trās-gredientes.

13 *Et erit fortitudo eorū in direptionem.* Fortitudo eorum, id est. exercitus eorum, vel, diuitiæ eorum, vt aiūt Hebræi. Vtrumq; enim significat Chaij].

14 *Iuxta est dies Domini magnus.* Iterum dicit iuxta esse, vt melius credant, & magis terreantur. Magnum vocat, quia magna in eo facturus est.

*Vox diei Domini amara.* Iam adest; videor mihi audire vocem appropinquantis. *Amaram* vocat ab effectu, quia *tribulabitur ibi fortis.* Id est, fortissimi quiq; clamabunt præ angustia, & non poterūt euadere; sed interficientur.

15 *Dies ira.* R. Dauid, in toto (inquit) isto versiculo iterature ad sententia alijs, atq; alijs verbis ad maiorem vim atq; energiã.

*Dies tenebrarum.* Tenebre infelicitatem significāt, *Lux* prosperitatem; Greg. 3. moralium cap. 1.

16 *Dies tubæ & clangoris.* Plurimę tubę hostium audientur, & clangor exhortans milites ad prædam. Vel, super ciuitates iam captas, & angulos, (id est, turres in angulis murorum ædificatas) audientur tubæ, quo sono omnes ciues animum despondebunt.

17 *Et tribulabo homines.* Timore impendentium malorum.

*Et ambulabunt, vt cæci.* Nescientes præ anxietate animi quò fugiant, & ex vno periculo in alterum grauius incidentes, vt cæci cum fugiunt.

18 *In igne zeli eius deuorabitur omnis terra.* Sci licet Iudæorum. *Ignem zeli* vocat furorem vindictæ, quia cum irascitur homo, effervescit sanguis circa cor. *Zelum* vocat quasi viri erga vxorem. Habuit enim Synagogam, vt vxorem.

## Caput II.

1  Onuenite, congregamini gens non amabilis:

2 Priusquam pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, antequam veniat super

per vos ira furoris Domini, antequam  
veniat super vos dies indignationis  
Domini. 3 Quærite Dominum om-  
nes mansueti terræ, qui iudicium eius  
estis operati: quærite iustum, quærite  
mansuetum: si quomodo abscondami-  
ni in die furoris Domini. 4 Quia Ga-  
za destructa erit, & Ascalon in deser-  
tum, Azotum in meridie eijcient, &  
Accaron eradicabitur. 5 Væ qui ha-  
bitatis funiculum maris, gens perditō-  
rum: verbum Domini super vos Cha-  
naan terra Philistinorum, & disper-  
dam te, ita vt non sit inhabitator.  
6 Et erit funiculus maris requies pas-  
torū & caulæ pecorum: & erit funicu-  
lus eius qui remanserit de domo Iuda,  
7 ibi pascētur: in domibus Ascalonis  
ad vesperā requiescent: quia visitabit  
eos Dñs Deus eorum, & auertet capti-  
uitatem eorum. 8 Audiui opprobriū  
Moab, & blasphemias filiorū Ammō:  
quæ exprobrauerunt populo meo, &  
magnificati sunt super terminos eorū.  
9 Propterea viuo ego, dicit Dominus  
exer-

exercituū Deus Israel: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Aminō quasi Gomorrha, siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum vlque in æternum: reliquæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos.

10 Hoc eis eueniet pro superbia suâ: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituum.

11 Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ Gētium.

12 Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis.

13 Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet Speciosam in solitudinē & in inuium & quasi desertum.

14 Et accubabūt in medio eius greges, omnes bestie Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, coruus in superluminari, quoniam attenuabo robur eius.

15 Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo

suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestia? omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

1 **C**onuenite & congregamini. Post comminationem imminentium malorum, hortatur eos ad poenitentiam vt illa effugiant. Quasi dicat: Antehac varia sectabamini, hic hoc idolum, ille illud, alius Deum colebat, sed moribus ab eo recedebat; nunc conuenite, & congregamini, vt vnum idemq; sectemini, id est, Deum verum. Vel, conuenite & accedite a dme audiendum. Et cum continuo dicturus esset, *querite Dominum*, prius, interiecta parêthesi, docet quantum eis expediat audire.

*Gens non amabilis.* Dei amore indigna. Hiero. gens omniũ odio dignissima, quæ nihil habes, vnde ameris.

2 *Prius quam pariat iusio.* Antequam iusio Dei prodire faciat diem captiuitatis, qui veniet sicut *puluis transiens*, scilicet qui à véto rapitur, id est, veniet subito, & cum impetu, & erit vobis molestissimus, vt puluis oculis. Iuxta Hebr. potest etiã esse sensus; **I**n quo die eritis sicut *puluis transiens*, id est disper-

disperdemini, ita vt nullum vestri maneat vestigium.

3 Omnes mansueti terre. Id est, humiles. Ex vna virtute vult ceteras intelligi, ac si diceret; Oēs iusti, qui in ista gente relictī estis.

Qui iudicium estis operati. Qui p̄cepta Dei custodistis.

Querite iustum. Hebr. querite iustitiā, querite mansuetudinem. Id est Deum, vt ait Hieron. vel: ipsas virtutes, vt aiunt Hebræi.

Si quomodo abscondamini. Quasi dicat, tanta erit acerbitas supplicij, vt vix etiā iusti liberentur.

4 Quia gaza destructa erit. Tantus erit furor Domini, & tanta potentia Chaldæorum, vt etiam potentissimas vrbes Palæstinorū simul deuasent. Est autem Paranomasia in Hebræo Hazah hazubah pro Gaza destructa est.

Azotum in meridie eiicient. Chaldæi eiicient Azotios ex vrbe capta, idque non furto, seu infidijs, sed aperto Marte, & clara luce. R. D. ita exponit, vastitas magna veniet in Azotum instar luis, quæ meridie sæuius grassatur.

Et Acaron eradicabitur. Alludit ad etymologiam Hecron theacer.

5 Funiculum maris. Palæstinæ oram magis maritimam.

*Gens perditorum.* Gens interfecitrix aliorum, & potens bello, vel, gens iam nō vestra, sed perditoribus, id est, Chaldæis tradita vt perdatur. Alloquitur Cerethæos; qui incolunt Australem plagam Palæstine, & ex etymologia captat irrisionem; quasi dicat; Vos estis interfectores, & interficiemini.

*Verbum Domini super vos.* Hanc prophetiam à Domino accepi contra vos.

*Chana: n terra Philistinorum.* Terra enim Palæstinorum, erat pars terræ Chanaan, vt videmus Iosue. 13.

*Et erit funiculus eius qui remāserit.* Vos perdemini, & non restituemini; Iudæi ducuntur captiui; sed, post. 70. annos, reuertentur in terram suam; & postea occupabunt terram vestram, & eam sibi funiculo demerentur. Quod factum videbimus, si legamus Iosue. 13. Antiq. cap. 21. & lib. 7. de Bello cap. 2. & alterum Iosue. lib. 4. cap. 22.

*Audini opprobrium Moab.* Prophetat contra Moabitas, & Ammonitas eadem ratione, scilicet, quod auxilia Chaldæis stulerint contra Ierusalem; & Iudæos victos irriserint, & contumeliosè tractauerint.

*Audini,* Quasi dicat ad eam, cū illa fiebāt, licet hominibus abesse videbar, quia non

punie-

puniebam. Sunt autē verba vlcisci volētis.  
*Quae exprobrauerūt.* Id est, quibus exprobrauerunt.

*Et magnificati sunt super terminos eorum.* Superbierunt contra terminos Iudaeorum, quos desertos videbant, & irridentes eos, partem eorum sibi vendicabant.

*Vino ego dicit Dominus.* Sicut ego viuo, ita hoc erit quod dico.

*Vt Sodomā erit.* Id est funditūs subuertetur.

*Siccitas spinarum.* Ita deserta erit terra, vt spinæ oriantur, & crescant, & arescant nullo transeunte, & concidant; & ita plena erit spinis siccis.

*Et acerui salis.* Tota erit plena sale, aut quia sale feminabitur à victorib⁹, aut quia conuertetur in sterilem; Psalm. 106. *terram fructiferam in falsuginem*, aut, quia erunt multæ fodinæ salis, & ita fient acerui.

*Vsq̄ in æternum.* In longum tempus.

*Reliquia populi mei.* Id est, i, qui redibūt de captiuitate Babyloica. Et ita factum est. Nam Iudas Machabæus vicit Ammonitas, 1. Machab. 5. & Alexander Rex ex gente Machabæorum subegit Mo habitas, & occupauit eorum vrbes teste Ioseph. lib. 13. Antiqu. e. 21. & 22. & lib. 1. de Bello. c. 3, sed latius altero Ioseph. lib. 4. histor. Iudaicarum

cap. 11. vbi ait; eodem tempore Iudæos Dominiū habuisse in vniuersa terra Moab, & Ammon, & omni terra Arabiæ.

17 *Horribilis Dominus.* Id est, terribilem & formidabilem se ostēdit Deus aduersus istas nationes, adeo vt nō solum homines perdat, sed etiam Deos ipsos in quibus illi sperabant, attenuabit, id est, perdet, & eis vires, & potentiam auferet, atque ita Deos ipsos perdet, vt ex omni terra eiecturus sit Deos gentium, vt ipse vbique adoretur. Quod verē impletū est tēpore Apostolorū.

*Et adorabunt eum vir de loco suo.* Ita legendum est, id est, vnusquisque in patria sua adorabit, nō adorabitur in sola Iudæa, sed vbique.

*Omnes insule gentium.* Insulas vocāt Hebræi terras ad quas ē Iudæa nisi nauigio venturi non potest.

14 *Et onocrotalus, & ericius.* Vt efficacius significet magnam vastitatem futuram, meminit auium, & animalium, quæ non morantur, nisi in vasta solitudine, vt *onocrotalus* siue pelicanus, & *ericius* & *coruus*.

*In liminibus eius.* Vide licet nemo erit, qui intret in domos, & hæc animalia exterreat.

*Vox caniantis in fenestra.* Id est, vox auicularum garrientium audietur in fenestris.

Ita

Ita Chaldaeus, Montan. Vatabl. Sed fortè dicemus meliùs: Pro vocibus musicis suauium cantilenarum, quæ olim in lætitiâ ciuitatis è fenestris resonabant, nunc coruus audietur in superliminaribus canens.

Quoniam attenuabo robur eius. Nunc qui attenderit fortitudinem Niniues, putabit fieri non posse quæ dico, sed sine dubio fient; quoniam ego auferam, & attenuabo paulatim eius fortitudinem.

15 Hæc est ciuitas. Insultat Propheta ruinæ superbæ ciuitatis.

Gloriosa. Chald. potens, id est, plena opibus & potentia, & propterea exultans & læta, quod significat vox Hebræa Tsalizah.

Habitans in confidentia. Securè viuens, & nihil sibi timens.

Ego sum. Sola ego sum, & cæteræ vrbes, mecum collatæ, nihil sunt.

Sibilabit & mouebit manum suam. Sibilare iridentium est. Mouere manum est cum gaudio iridentis & manum extendentis versus rem, quam iridet, vt eam

indicet.

*Caput III.*

**1**  *AE* prouocatrix & re-  
 dempta ciuitas, colum-  
 ba. 2 Non audiuit vo-  
 cem, & non suscepit dis-  
 ciplinā: in Domino non est confisa, ad  
 Deū suū nō appropinquauit. 3 Prin-  
 cipes eius in medio eius, quasi leones  
 rugientes: iudices eius lupi vespere, nō  
 relinquebant in mane. 4 Prophetae  
 eius vāsani, viri infideles: sacerdotes  
 eius polluerunt sanctum, iniuste ege-  
 runt contra legem. 5 Dominus ius-  
 tus in medio eius non faciet iniquita-  
 tem: manē manē iudicium suum dabit  
 in lucem & non abscondetur: nesciuit  
 autem iniquus confusionē. 6 Disper-  
 didi Gentes, & dissipati sunt anguli  
 earum: desertas feci vias eorum, dum  
 non est qui transeat: desolatae sunt ci-  
 uitates eorum, non remanente viro,  
 neque vlllo habitatore. 7 Dixi, Atta-  
 men timebis me, suscipies disciplinam:  
 & nō peribit habitaculum eius, prop-  
 ter

ter omnia in quibus visitaui eam: ueruntamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas.

8 Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis mee in futurum, quia iudicium meum ut congregem Gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. 9 Quia tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno. 10 Ultra flumina Aethiopiae, inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi.

11 In die illa non confunderis super cunctis adinventionibus tuis, quibus prauaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiae tuae, & non adicies exaltari amplius in monte sancto meo. 12 Et derelinqua in medio tui populum pauperem & egenum: & sperabunt in nomine Domini. 13 Reliquiae Israel non

facient iniquitatē, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur & accubabunt: & non erit qui exterreat. 14 Lauda filia Sion, iubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalē. 15 Abstulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum ultrā. 16 In die illa dicetur Ierusalem, Noli timere: Sio, nō dissoluātur manus tuæ. 17 Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit; gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, exultabit super te in laude. 18 Nugas qui à lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: vt nō ultrā habeas super eis opprobrium. 19 Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: & saluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat, congregabo: & ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum. 20 In tempore illo quo adducant vos, & in tempore

pore illo quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem uestram corā oculis uestris, dicit Dominus.

1 **V**æ prouocatrix. Væ tibi Ierusalem, quæ semper tuis peccatis Deum prouocas, & captiuitatibus tradita, rursus redempta es Domino, & quondam fuisti columba. Ita Hiero. id est, vnicè dilecta. In nullis enim animatibus apertior est amoris significatio, quàm in columbis mare & foemina. Vel, columba dicitur, quia non habet cor. Hof. 7. & factus est Ephraim, quasi columba seducta, non habens cor.

2 **N**ō audiuit vocē. Id est, præcepta Domini. Et non suscepit disciplinam. Correpta atq; punita, noluit resipiscere.

*In Domino non est confisa, cum malis premebatur, sed auxilia hominum quærebat.*

3 **Q**uasi leones rugientes. Effundentes subiectorum sanguinem, & ex rapto viuentes. Leo rugit, cum habet prædam Hamos. 3.

*Lupi vespere.* Sicut lupi rapacissimi, qui tunc exeunt, & fame totius diei stimulantē, sauiiores, & velociores sunt.

*Non relinquebāt in manē.* Ne ossa quidē prædæ captæ relinquebant in tempus matuti-

num, sed omnia continuo deuorabant.

4 *Propheta eius uesani.* Fanatici & quasi spiritu malo correpti, & insanientes.

*Viri fideles.* Id est mendaces, ut ait Chald.

*Polluerunt sanctum.* Templum polluerunt facientes in eo contra legem, & iniusta lucra quærentes, ut Dominus illis obijcit Matth. 15. & 23.

5 *Dominus iustus in medio eius.* Cum Deus sit in medio eius, & omnia videat, non erit iniquus, ut illi, sed reddet pessimæ ciuitati quæ meretur, vel, non inique faciet, si eos puniat.

*Mane, mane.* Valde citò.

*Iudicium suum dabit in lucem.* Manifestissimum erit omnibus eorum supplicium, & ita maximum erit.

*Nesciuit autem iniquus confusionem.* Iniquus populus meus, post tot peccata, noluit confundi, & agere pœnitentiam.

6. & 7 *Disperdidi gentes* Multas gētes perdidit, & dissipauit *angulos earum*, id est, turres, & munitiones, vel imperia, ut tali exemplo resipisceres, eadem tibi mala metuendo; & dixi tibi tunc per Prophetas meos, timeto me ( *attamen ornatus causa ponitur* ) & ex aliorum periculo disce, quid tibi expediat, ut ita non pereant domus

tuæ (vel templum tuum, vt ait Hierony.) propter omnia, scilicet scelera, quæ feceras, (vt ait Hierony.) pro quibus hæcenus te punire solebam. *Habitaculum eius.* Id est, tuū. *Visitauit eam,* id est, te: Pronomen tertiæ ponitur pro pronomine secundæ.

*Veruntamen diluculo surgentes.* At ipsi non solum non egerunt pænitentiam, sed etiã mala concupierunt; & quàm primùm potuerunt, quidquid mali cogitauerant, executi sunt. Quod dicitur & de peccatis populi præsentis, & populi futuri tempore Christi.

8 *Quapropter expecta me.* Quia igitur nunquã vis resipiscere popule incredule, neque recipere me, expecta, donec ego resurgam à mortuis, postquàm à te occisus fuero; & tunc intra muros Ierusalem congregabo Iudæos ex omnibus prouincijs, & regnis, qui venient, vt adorent in templo, & celebrent Pascha; adducamquè exercitum Romanorum, & effundam super te indignationem meam & peribis peste, fame, & bello. Vide Ioseph. lib. 6. & 7. de bello, & omnis terra Ierusalem, & Iudææ vastabitur, me irascente.

9 *Quia tunc reddam populis.* Quia redundat more Hebr. *Labium electum,* id est, linguam

pulcherrimam, vt solum Deum inuocent, & deorum alienorum non recordentur; cessabit idololatria gentilium.

*Humero vno.* Vno corde & vna mente, metaphora sumpta à supponentibus simul humerum ad onus aliquod portandum. Excutient iugum dæmoniorum, & tolerant iugum meum suaue.

10 *Vltra flumina Æthiopiæ.* De remotissimis quibusque nationibus venient ad Ecclesiam, & offerent mihi munera in signum obedientiæ.

*Filij disperforum meorum.* Id est, dispersi mei, id est, quotquot prædestinati sunt in gentilitate, Ioan. 11. *Sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.*

11 *In die illa non confunderis.* Loquitur conuersis ex Iudaismo; Non confundemini de peccatis antè commissis; nam & per baptismum tollentur, & postea nulla tælia facietis.

*Magniloquos superbiæ tuæ.* Superbos, & elatos magistros tuos, quibus tu superbiebas, id est, (vt ait Hieronymus.) Scribas, & Pharisæos.

*Et non adijcies exaltari.* Non gloriaberis, quod habeas templum Dei: multo enim maiora habebis, in quibus gloriaberis. Secundo

cundo & melius; *In monte sancto meo*, id est, in Ecclesia positi nō superbietis, inuidentes, quōd gentiles (quasi peccatores) vocati sint ad eandem gratiam vobiscum. De qua superbia, vide Rom. cap. 9. 10. & 11.

12. *Et derelinquam in medio tui.* Pro Scribis, & Phariseis dabo tibi Apostolos humiles (& eorum discipulos) piscatores & illiteratos, qui nequaquam in se sperabunt, vt Pharisei, sed in nomine Christi, & eius virtute mirabilia facient.

13. *Non facient iniquitatem.* Illi qui conuertentur, summo studio vitabunt peccata, & mendacia. Loquitur de perfectioribus primitiue Ecclesie. *Iniquitatem* mortalem intelligit, & similiter *mendacium*, iuxta illud Psalmi, *Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

*Quoniam ipsi pascentur.* Tanta sanctitate præditi erunt, quoniam Deus erit eorum pastor, & ipsi sinent se ab eo duci, vt oves. *Pascentur* verbo Dei, *accubabunt* in loco tutissimo, id est, in Ecclesia.

14. *Lauda filia Sion.* Hebr. *Rani*, vociferare præ lætitia.

*Iubila.* Clama præ lætitia Deum glorificans.

*Abstulit Dominus iudicium tuum. Peccata,*  
quibus damnationem merueras.

15 *Auerit Hebr. Pinah,* quod Hispanè significat *Barriolos, inimicos tuos.* Id est, demones qui te tyrannide premebant.

*Rex Israël.* Christus semper te protegens Matth. ultimo, *Ecce ego vobiscum sum.*

*Non timebis malum ultra.* Facile omnia pericula contemnes, freta Dei auxilio.

16 *Dicetur Ierusalem ab Apostolis & prædicato-ribus.*

*Non dissoluantur manus tue.* Ne deficias timore, etiam si te tyranni persequantur; Christus est in medio tui, protegens te; ipse est fortis, cui nulla potestas valet resistere, ipse te liberabit à persecutoribus.

17 *Gaudebit super te in letitia.* Vidēs quàm generosè certes.

*Silebit in dilectione tua.* Quiescet in tua dilectione, firmus & immobilis erit in ea, vel, etiam si fileat in tuis periculis, & te pati sinat; id tamen faciet, quia diligit te, ut inde tibi coronam compares.

*Exultabit super te in laude.* Laudabit Christus patrem, & gratias ei aget, cum viderit fortitudinem tuam, & præclara opera.

18 *Augas qui à lege recesserant.* loquitur Ecclesia,

Elesæ, aut pro se tota (totius enim Ecclesie pars olim fuerunt Iudæi) aut pro ea parte, qua constat ex conuersis ex Iudaismo; Quasi diceret, *Congregabo* ad te homines nugaces qui in legem meriti fuerant, ab ea recedendo; & à me quasi nullius pretij abiecti fuerat. *Congregabo*, inquam, quia erant pars tui, vt nullam deinceps habeas ignominiam de perditis filiis. Intelligit omnes prædestinatos, qui tempore Apostolorum erant inter Iudæos.

19 *Ecce ego interficiam.* ò Ecclesia, cum finis sæculi aduenerit, cum iam exerceri non indigebis, ego de omnibus persecutoribus tuis dignas penas sumam. De hoc latius Ioel. 3. & Habac. 3.

*Et saluabo claudicantem.* Synagogam, quæ vsque hodie claudicat. Nam cum verum Deum adorare velit, tamen eius filium blasphemat. Eandem vocat *iectam*, quia dederat ei libellum repudij.

*Et ponam eos in laudem.* Faciam vt vbique nominentur, & laudetur in locis illis, vbi antè confusi, & contempti fuerant. Iudæi enim nunc ab omnibus nationibus contemptui habentur.

20 *In tempore illo, quo adducam vos.* Claudicantem saluabo eo tempore, quo vos  
ò filij

Ô filij Ecclesiæ, congregabo; tunc enim  
 omnes electi ex gentibus, & Iudæis con-  
 gregabuntur in vnum ouile Christi, & li-  
 berabuntur à captiuitate Diaboli, & mag-  
 ni fient ab omnibus populis; sed tunc præ-  
 cipuè, cùm videbunt populi hos solos à  
 Deo cœlestibus præmijs honorari;  
 ceteros omnes sempiterna ig-  
 nomina, & morte  
 puniri.



**N**

IN  
 nomine Domini Amen.



# IN HAGGÆVM PROPHETAM.

## Capitulum I.

**I**N anno secundo Da-  
rij regis in mēse sex-  
to, in die vna mensis:  
factum est verbum  
Dñi in manu Haggæi prophetæ ad Zo-  
robabel filium Salathiel ducem Iuda,  
& ad Iesum filium Iosedech sacerdotē  
magnum, dicens: 2 Hæc ait Dominus  
exercituum, dicēs: Populus iste dicit:  
Nondum venit tempus domus Do-  
mini ædificandæ. 3 Et factum est  
verbū Domini in manu Haggæi pro-  
phetæ, dicēs: 4 Nunquid tēpus vobis  
est vt habitetis in domibus laqueatis,  
& domus ista deserta? 5 Et nunc hæc  
dicit

dicat Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras. 6 Seminaſtis multum, & intulistiſtis parum: comedistiſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtiſtis vos, & non eſtis calefacti: & qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculũ per- tuſum. 7 Hæc dicit Dominus exer- cituum, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, 8 aſcendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus. 9 Reſpexiſtiſtis ad am- plius, & ecce factum eſt minus: & in- tuliſtiſtis in domum, & exufflaui illud: quam ob cauſam dicit Dominus exer- cituum? quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatiſtis vnusquique in do- mum ſuam. 10 Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darent ro- rem, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum. 11 & vocaui ſiccita- tem ſuper terram, ſuper montes, & ſuper triticũ, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcunque profert humus,  
& ſu-

& super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuū. 12 Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquæ populi vocem Dei sui, & verba Haggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Dñi. 13 Et dixit Haggæus nuntius Domini, de nūtijs Domini populo dicēs: Ego vobiscum sum, dicit Dominus. 14 Et suscitauit Dominus spiritū Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritū reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.

**I**n anno secundo Darij. Filij Hyftaspis, qui fuit annus septuagesimus ab vr-  
bis excidio, & vigesimo septimo Tarqui-  
ni Superbi.

<sup>1</sup> In die vna mensis. Id est, prima die mensis.  
<sup>2</sup> In manu Haggæi. Per locutionem Haggæi.  
Ducem Iuda. Omniū tribuū suffragijs ele-  
ctus est in ducē, vt nepos Iechoniæ regis.

*Et ad Iesum filiū Iosedec.* Iste Iosedech fuit ultimus Pontifex ante captiuitatē, & ductus est captiuus 1. Paralip. 6.

2 *Populus iste dicit.* Reuera iam tempus aduenerat, sed ipsi metu, ac socordia ædificationem differebant.

3 *Et factum est verbum Domini.* Priora verba Zorobabeli & Iesu dicta sunt, vt intelligerent nequaquam Deo placere sermonem populi: Ista nunc vniuerso populo dicuntur.

4 *In domibus laqueatis.* Hieronym. compositis atque ornatis, id est, habentibus laquearia.

5 *Ponite corda vestra super vias vestras.* Diligenter considerate opera vestra.

6 *Seminastis multum.* Nihil vobis successit, propter vestram ignauiam, & timiditatem in templo ædificando. Terra pro multo frumento seminato parum vobis reddidit.

*Et non estis satiati.* Præinopia, quia paruos fructus congregastis in horrea.

*Et non estis inebriati.* Non potuistis ad satietatem bibere, quia parū vini habebatis.

*Et non estis calefacti.* Quia paucas & pauperes vestes habuistis, cum haberetis paucas oues, & parum lanæ.

*Et qui mercedes congregauit.* Quicumque siue ex

ue ex negotiatione, siue ex labore suo mercedes, & lucra congregare voluit, ita pecuniæ deciderunt, ac si missæ essent in marsupium perforatum.

8 *Ascendite in montem. Ut inde ligna cadatis templo ædificando.*

*Et glorificaber.* Ibi laudabor ab hominibus, & ibi me magnum ostendam, magnis vos beneficijs afficiendo. Alludit ad beneficia, quæ Salomon petruit orantibus in templo; Reg. 8.

9 *Respexistis ad amplius.* Cùm putaretis vos magnam prouentum habituros, & segetes candescentes eum promitterent; vidistis quidem in illis multum prouentum, sed cùm in manus vestras venit, perexiguus fuit.

*Et intulistis in domum, & exufflaui illud.* Id quodque paucum, quod tandem intulistis, ego disperdidi, & in nihilum redegi; effecti enim, ut vacui folliculi spicarum inuenirentur; ex Hiero. Cùm autem dicit *exufflaui*, sumpta est metaphora à vëtis, qui frugibus nocent, & spicas adurunt. Esai. 40. *Spiritus Domini sufflauit in eo.*

*Quam ob causam? Quam causam vos putatis esse tantorum malorum?*

*Et vos festinatis. Scilicet, ut maneatis in*  
OIT Y 2 domi-

domibus vestris, quas pulchras habetis, & res tantum vestras curetis.

11 *Et vocavi siccitatem super terrā. Id est, ventum vrentem, at ait Hierony.*

*Et super homines, & super iumenta. Ex inflammatione enim aëris multi morbi pestiferi, tam in hominibus, quàm in iumentis enasci solent.*

*Et super omnem laborem manuum. Super omnes hortos, & arbores, quæ manibus vestris irrigabit.*

12 *Et omnes reliquie populi. Qui ex illa magna multitudine, quæ Babylonem migraverat, relictis fuerant, & in Iudæā venerat.*

*Et timuit populus. Timuerunt Dominum, ne maiora mala immitteret, Sed Zorobabel & Iesus, viri perfecti, non timere.*

13 *Nuntius Domini de nuntijs Domini. Vnus ex numero prophetarū, qui à Deo mitti solent ad populum.*

*Dicit Dominus. Hæc & similia verba sæpe repetit, quia populus erat pavidus, & ignavus, & autoritate verborum Domini debuit erigi.*

*Ego vobiscum sum. Nolite quemquam timere, nemo vos impedire poterit.*

14 *Et suscitavit Dominus spiritum. Intus eum animum movit, & excitavit, quæ suscita-*

tio fuit valde necessaria, propter aduersarios potentes, qui omni studio nitebantur impedire opus templi.

*Et faciebant opus.* Cœperunt parare materiam, nam structura non est cœpta ante diē vigesimam quartam noni mensis, vt ait propheta cap. 2.

Caput II.

**I**N die vicesima & quarta mensis, in sexto mēse, in anno secundo Darij regis. 2 In septimo mense, vicesima & prima mensis: factū est verbum Domini in manu Haggai prophetae, dicens, 3 Loquere ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda & ad Iesum filium Iosedec sacerdotē magnū, & ad reliquos populi, dicēs: 4 Quis in vobis est derelictus qui vidit domū istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nūquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? 5 Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis

populus terræ, dicit Dominus exerci-  
 tum: 6 & facite (quoniam ego vo-  
 biscū sum, dicit Dominus exercituū)  
 verbum quod pepigi vobiscum cum  
 egredereini de Terra-Ægypti, & spi-  
 ritus meus erit in medio vestrum: no-  
 lite timere. 7 Quia hæc dicit Domi-  
 nus exercituum, Adhuc vnum modi-  
 cum est, & ego commouebo cælum &  
 terram, & mare & aridam. 8 Et mo-  
 uebo omnes gētes, **ET VENIET**  
**DESIDERATVS** cunctis Gen-  
 tibus: & implebo domum istā gloria,  
 dicit Dominus exercituum. 9 Meū  
 est argentum: & meum est aurum, di-  
 cit Dominus exercituum. 10 Magna  
 erit gloria domus istius nouissimæ  
 plus quā primæ, dicit Dominus exer-  
 cituum: & in loco isto dabo pacem, di-  
 cit Dominus exercituum. 11 In vi-  
 cesima & quarta noni mensis, in anno  
 secundo Darij regis, factum est verbū  
 Domini ad Haggæum prophetam di-  
 cens: 12 Hæc dicit Dominus exerci-  
 tum, Interroga sacerdotes legem, di-  
 cens:

tens: 13 Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinū, aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes, dixerūt: Non. 14 Et dixit Haggaius: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nūquid cōtaminabitur? Et responderūt sacerdotes, & dixerūt: Cōtaminabitur. 15 Et respondit Haggaius, & dixit: Sic populus iste, & sic Gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, cōtaminata erūt. 16 Et nunc ponite corda vestra, à die hac & supra antequam poneretur lapis super lapidem in templo Dñi. 17 Cum accederetis ad aceruum viginti modiorū, & fierent decē, & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti. 18 Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grādine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit

in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. 19 Ponite corda vestra ex die ista & in futurum, & die vicefima & quarta noni mensis: à die qua fundamenta iacta sunt tēpli Domini, ponite super cor vestrum. 20 Nūquid iam semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die ista benedicam. 21 Et factum est verbum Domini secundo ad Haggæū, in vicefima & quarta mensis, dicens: 22 Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo cœlum pariter & terram. 23 Et subuertam folium regnorum, & conteram fortitudinē regni gentium: & subuertam quadrigam & ascensorem eius: & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. 24 In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit Dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

**I**N sexto mense. Qui dicitur Elul, & nobis Iulius, numeratur enim iuxta consuetudinem anni sacri, id est, à Martio, siue Nisan.

4 *Et quid vos videtis hanc nunc? Quid vos, scilicet, iudicatis, qui videtis hanc nunc? qualis vobis videtur ista? Hoc dicit, quoniam fenes, qui viderat templum primum, lugerant videntes fundamenta huius secundi, Esdr. 4. cap.*

5 *Et nunc confortare. Ne propterea animum despondeatis, & ab opere cessatis.*

*Populus terre. Plebs, indigena.*

*Et facite. Scilicet opus in domo mea, ut ait Hierony.*

6 *Verbum quod pepigi vobiscum. Scilicet faciam; complebo, quod vobis promisi, me vobiscum semper futurum.*

7 *Adhuc unum modicum est. Iste locus optimè exponitur ex verbis Pauli Hebr. 12. rectè intellectis; Nunc autem repromittit dicens, ego mouebo non solum terram, sed etiam celum. Quando lex verus data est moui terram Psal. 63. terra mota est, etenim celi disillauerunt. Tunc mota est terra, & non cœlum, quia ille qui legem dabat populo, id est, Moyses; erat homo terrenus, & non venerat de cœlo: sed cum lex noua ferenda erit, & Chris-*

stus eius autor venturus in mundum, non solum mouebo terram, quia ipse in terra videbitur loquens, & verus homo de genere terreni Adam, sed etiam cœlum, quia descendet de cœlo Dei filius, tunc enim ciuitas commoueri dicitur, cum magnus vir ingreditur, aut egreditur Matth. 21. *Et cum intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens, quis est hic. Hoc autem erit adhuc modicum, id est, post parum temporis, & erit vnum modicum, id est, semel (vt exposuit Paulus) mouebo cœlum, quia semel Dei filius descendit legem laturus, & per hanc legem cessauit vetus.*

Eadem ratione terra mota dicitur, quia in eam ingressus est Dei filius homo factus. Præterea ante eius aduentum cœlum, & terra omnis, & mare, & insulæ mota sunt miraculis, & prodigijs, & magnis bellorum tumultibus Augusto pugnantem cum intersectoribus Iulij Cæsaris, deinde cum Lepido & Antonio, deinde cum multis nationibus. (Vide Eutrop. li. 7.) donec tandem, veniente Christi natiuitate, pax summa cōsecuta est, & orbis descriptus Luc. 2. & tunc iterum omnis terra mota est. *Et quidam. Id est, Insulas, ita intellexit August. 18. de Ciuitate, cap. 35. mus dol*

870 Et veniet desideratus cunctis gentibus. Christus, quem omnes electi omnium nationū expectabant, & desiderabāt. Vel cuius aduentu, & redemptione, vniuersi indigebant maxime, & ideò desideratus dicitur, vt terra, cū sicca est, desiderat imbrem.

Et implebo domum istam gloria. Id est, Ecclesiā quæ per hanc domum significatur; ex August. 18. de Ciuit. cap. 45. & 48.

10 Magna erit gloria domus istius. Ecclesię gloria multò maior erit, quàm veteris testamenti, & Synagogæ.

Et in loco isto dabo pacem. In Ecclesia significata per locum istum; ex Aug. 18. de Ciuit. ca. 48. De qua pace locutus est Sophonias. c. 3.

13 Carnem sanctificatam. Id est, immolatam, & oblatam Deo in altari.

Aut pulmentum. Pulmentum dicitur cibus quicumque pani additus,

Non. Ex contactu vestis tactæ à carne sanctificata non sanctificabitur, sed manebit, quale ante fuerat.

14 Pollutus in anima. Id est, pollutus ex cōtactu cadaueris: nā pollui in homine est pollui ex contactu hominis, & anima hic ponitur pro toto homine.

15 Sic populus iste, & sic gens ista. Id est vniuersus populus iste. Ipsi putāt se sanctificari eo quod

quod hostias immolant in altari, quod erexerunt; cum primum Babylonem venerunt antequam templum reedificaretur. *1. Esdræ. 3.* at non sanctificantur, sicut cibi non sanctificantur ex contactu vestis. Sed potius, cum ipsi sint immundi peccatis suis, & inobedientia, quod templum ædificare nolunt, contaminant omnia, quæ faciunt, ut mihi non placeant.

*16* *Et nunc ponite corda vestra à die hac, & supra. Agnoscite causam cur hæc vobis omnia malè cesserint vsq; ad diem hunc. 24. nonni mensis, quo cepistis reedificare templum, ut cum deinceps prospera euenerint, causam quoque intelligatis.*

*17* *Cum accederetis ad aceruum. Putabat tunc quis ex aceruo in area posito collecturum se 20. modios & non colligebat plus quam decem, & putabat se collecturum ex torculari 30. lagenas, siue amphoras, ut ait Hiero. & colligebat 20. mte, scilicet, in omnia maledictionem immittente. Modius habet tres celestines; amphora. fere. 14. acumbres. In Heb. non sunt hæc nomina mensurarum, sed addita sunt ab interpretibus exempli causa.*

*18* *Percussi vos vento vrente, & aurugine. Vrens vrens, siue vredo, vrit spicas tumescentes, & omni penitus succo priuat. Aurugo*  
*bona* est,

est, cū ex nimio humore palleſcunt culmi  
& grana quaſi in cinerem vertuntur.

*Qui reuerteretur ad me. Peccata relinquens,  
& ad templi ædificium ſe ſe accingens.* *bi*  
19. *Ex die iſta & in futurum. Vt videatis quā  
proſpera ſint vobis omnia, quia templum  
ædificare cæpiſtis.*

*A die qua fundamenta iacta ſunt. Prima fun-  
damenta iacta ſunt ſecundo anno Cyri, &  
Eſdræ, 3, ſed vix tunc bene iacta ſunt, quia  
erāt valde humilia, nūc iaci dicūtur, quia  
eriguntur, & continuatur opus.*

20. *Nūquid iam ſemen in germine eſt? Ideſt, nō  
dum germinare cæpit, adhuc ſub terra ja-  
ret. Similiter vinea & ficus non floruerunt, cū  
ſit nūc menſis nonus, ideſt, pars Nouēbris,  
& Decembris. Non dicetis igitur me ex ſig-  
nis apparentibus diuinare. Quamuis ita-  
que nullum ſignum videatis fertilitatis,  
prædico vobis annum fore vberimū, quia  
iam templum mihi ædificatis. Itaque il-  
lud, & adhuc vinea, &c. ſine interrogatio-  
ne legendum eſt.*

*Ex iſta die benedicam. Multiplicabo, & au-  
gebo.*

22 & 23. *Ego mouebo cælū & terrā. Veniet fi-  
lius meus de cælo in terram, & eo tempo-  
re, multorum regna deſtruentur, & ſubij-  
cientur*

cientur Romanis, & conteram etiam postea fortitudinem regni gētium, id est, Romanorum per Antonomasiā. *Descendent equi,* id est, peribūt, & bellis ciuilibus se mutuo homines conficient. Cum autē hęc fient *afsumam te o Zorobabel,* & custodiam te, *quasi signaculum.* i. in manu mea, sicut custodiri solet annulus signatorius, id enim significat Hebr. Chotham. Hęc promittuntur Zorobabeli non in eius persona implenda, sed in eius posteris, id est, in veris fidei eius, & sanctitatis imitatoribus, qui in Christū crediderunt ex utroque populo, & per totum orbem multiplicati, & aucti sunt, ceteris regnis decrescen-

tibus.



**N**



# IN ZACHARIAM

PROPHE TAM.

*Capitulum I.*



**N** mense octauo in  
 anno secundo Darij  
 factū est verbū Dñi  
 ad Zachariam filium  
 Barachia filij Addo  
 prophetam, dicens:

2 Iratus est Dñs super patres vestros  
 iracundia. 3 Et dices ad eos: Hæc dicit  
 Dñs exercituum, Cōuertimini ad me  
 ait Dominus exercituum: & cōuertar  
 ad vos dicit Dñs exercituum. 4 Ne  
 sitis sicut patres vestri, ad quos cla-  
 mabant prophetae priores, dicen-  
 tes: Hæc dicit Dominus exercituum;  
 Conuertimini de vijs vestris malis,  
 & de cogitationibus vestris pessimi-  
 mis: & non audierunt, neque atten-  
 derunt

derunt ad me dicit Dominus. 5 Patres vestri vbi sunt? & prophetae nunquid in sempiternum viuunt? 6 Verumtamen verba mea & legitima mea que mandauit seruis meis Prophetis, nunquid non comprehenderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinventiones nostras fecit nobis. 7 In die vicesima & quarta undecimi mensis Sabathi: in anno secundo Darij, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachie filij. Adde prophetam, dicens. 8 Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quae erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi. 9 Et dixi, Quid sunt isti Domine mi? & dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi quid sint haec. 10 Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sunt quos misit Dominus, ut perambulēt terram. 11 Et responderunt angelo Domini

mini, qui stabat inter myrteta & dixerunt, Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quiescit.

12 Et respondit Angelus Domini, & dixit, Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Ierusalē & urbium Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagessimus annus est? 13 Et respondit Dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria.

14 Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Clama dicens: Hæc dicit Dominus exercituum, Zelatus sum Ierusalē & Sion zelo magno. 15 Et ira magna ego irascor super gētes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. 16 Propterea hæc dicit Dominus, reuertar ad Ierusalē in misericordijs: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculum extendetur super Ierusalē. 17 Adhuc clama dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc Dominus Sion

& eliget adhuc Ierusalē. 18 Et leuaui oculos meos, & vidi & ecce quatuor cornua. 19 Et dixi ad angelū qui loquebatur in me, Quid sunt hæc? Et dixit ad me, Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem. 20 Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros. 21 Et dixi, Quid isti veniūt facere? Qui ait dicens: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum, & venerunt isti deterrere ea, vt deiciant cornua gētium quæ leuauerunt cornu super terram Iuda vt dispergerent eam.

**D**E tempore atq; argumento huius prophetiæ, vide quæ diximus initio Haggai.

2 *Iratus est Dominus super patres vestros.* Id est, contra patres vestros ira exarsit, eorū peccatis prouocatus, ad eū vt eos captiuos duci voluerit Babylonem. Quare vos caute, ne eorum impietatem imitemini.

3 *Cōuertimini ad me.* Scilicet, per verā penitentiā, & ego cōuertar ad vos, id est, propitius vobis ero, & benefaciā vobis semper.

5 Patres vestri ubi sunt? Illi patres vestri perierunt; sed & prophetae, qui eos admonebant, perierunt, homines enim erant, & in æternum viuere non poterant. Sed licet illi omnes perierint, verba mea non perierunt, sed ita facta sunt omnia, vt à me prædicta sunt. Quare videte, ne contemnatis me, modo per prophetas vobis loquentem, ne similiter puniamini.

6 Legitima Chmea. Hebr. *Chucoth*, præcepta mea, Hæc præcepta solent cum comminatione poni, aut etiam si non habeant expressam, habet subintellectam; & ided ait comprehenderunt eos.

Et conuersi sunt & dixerunt. Castigati, & ad se reuersi, viderunt se iusto à me puniri. Hoc videmus latè Daniel. 9. *Peccauimus, iniquitatem fecimus.*

7 Factū est verbū Dñi ad Zachariã dicēs. Hebr. *Lemor*. Id est, dicendo, id est, in huc modū:

8 & 10 *Vidi per noctem.* In nocte obscuritas significatur visionis, vel potius præsens status populi Iudæorū, qui in Iudæa affligebatur à finitimis, & in Babylone à Chald. sed, vt dies noctem consequitur, ita ventura populi consolatio videtur nocte, quia statim ventura erat post præsentem noctem laborum; vel, nocte videtur hæc

consolatio, quia parum, duratura erat,  
& infelicem exitum habitura, post Pas-  
sionem Christi, tota gente à Romanis de-  
leta, aut capta iuxta doctrinam Gregor.  
2. Moral. cap. 2.

*Ecce vir ascendens super equum rufum.* Iste  
est angelus Domini (vt patet paulò post) &  
custos populi Iudæorum, ac pro eo orans,  
ideò rectè dicemus cū veteribus Hebræis,  
& Theodoro esse Michaellem. Equus sig-  
nificat eius celeritatem ad faciendū quod  
vult, id est, ad liberandum populum suum  
à malis præsentibus, & quia vindictā sum-  
pturus erat de hostibus Iudæorum, vt pa-  
tèt in fine capituli. Dicitur autem equus ru-  
fus, Hispanè *alazan*.

*Et ipse stabat inter myrteta.* Hinc, & inde  
erant multæ myrti, quibus significantur  
iusti ex Iudæis, propter fragrantiam bo-  
norum operum, quorum pars erat in Iu-  
dæa, pars Babylone.

*Quæ erant in profundo.* Vtrique erant in ma-  
gnis laboribus, vt homo aquis coopertus.  
Sed, cū ipse angelus stet inter eos, signi-  
ficatur iam proxima liberatio. Ideò enim  
venit, vt eos inde extrahat, Habac. 3. *Viam  
fecisti in mari equis tuis, in luto aquarū multarū.*

*Et post eum equi rufi, & albi.* In equis  
intelli-

intelliguntur etiam eorum sessores, ut patet ex sequentibus, id est, angeli custodes aliarum nationum, qui *perambulant terram*, id est, vnusquisq; suam prouinciã lustrat, & hominum, qui in illa sunt, curam habet.

*Equi rufi.* Significant vindictam esse sumendam à Deo de illis nationibus, quæ alias iniuria affecerant, ut supra diximus. *Equi albi* victoriam & prosperitatem, & lætitiã aliarum nationum, quæ colore albo significari solët, ut Ecclesiast. 9. & Apocal. 6. Eadem ratione *Equi albi* varios status, & varias fortunã illorum populorum significabunt, partim tristes, partim lætas, partim ex vtroque mixtas.

9 *Qui loquebatur in me.* Qui à principio huius meæ prophetiæ docebat me, intra me existens, non corporali specie exterius apprensus.

*Ego ostendam tibi.* Hebr. videre te faciam, scilicet, superiori angelo reuelante.

11 *Habitatur & quiescit.* Nulla prouincia deserta est, omnes habent habitatores suos, nec bellis turbantur. Fuit enim pax maxima sub Dario.

12 *Vsq; quo tu nõ misereberis Ierusalẽ, & vrbu Iuda, ut Iudei oēs in suã patriã restituantur, & habitetur hæc terra, sicut, & cetera.*

*Iste iam septuagesimus annus est.* Hactenus, etsi venerat annus septuagesimus ab Hieremia promissus, tamen illi suis peccatis tibi obstiterant, & effecerant, vt perinde esset ac si non venisset. Nunc iam peccata relinquunt, & templum ædificant: iste est vere annus septuagesimus, cùm iam beneficentiæ tuæ non obstant ipsi: fac ergo vt impleatur omnia, quæ in annum septuagesimum promisisti.

13 *Verba bona & verba cõsolatoria.* Hiero. bona, de futurorũ promissione, cõsolatoria de præsentium necessitate, hæc autẽ verba sunt, quæ cõtinuò loquitur angelus propheta.

14 *Zelatus sum Ierusalem.* Id est, doleo multum, & irascor, quòd ita Ierusalem afflictã sit ab hostibus.

15 *Super gentes opulentas.* Contra potentes, qui hactenus affixerunt Ierusalem, cuius modi sunt Chaldæi.

*Quia ego iratus sum parùm.* Grauius illã affixerunt, quàm volebam, hostiliter illam delere cupientes; cum ego tantum vellẽ eos, vt filios, castigari.

*Adiuuerunt in malum.* Adiuuerunt iram meam, sed hostiliter delendo Iudæos, & grauissimè affligendo.

16 *In misericordijs.* Deinceps propitius ero

Ieru.

Ierusalem, & eam beneficijs magnis prosequar.

Et perpendicularum extendetur. Id est, iterum ædificabitur.

17 *Adhuc affluent ciuitates mee bonis.* Metaphora sumitur à vasis, quæ vbi plena sunt, effunduntur, cum non possint plus capere. Ideò germanior lectio est, *Affluent*, quàm *effluent*.

Et eliget adhuc Ierusalem. Beneficijs eã afficiet, vt electam, licet hæctenus reprobata visa sit.

18 *Et ecce quatuor cornua.* Per quatuor cornua (vt rectè aiunt Theodoretus, & R. Salomon) intelligit regna, quæ à quatuor mundi partibus insurrexerunt.

19 *In Iudã*, id est, in duas tribus, & in *Israel*, id est, indecè. *Et*, id est, maximè *Ierusalẽ*.

20 *Quatuor fabros.* Isti sunt angeli (vt aiunt Hierony. & Theodo. ex custodibus Israel. Sunt autem fabri ferrarij, qui veniunt instructi suę artis instrumentis, vt cornua illa ferrea, quibus vétolata fuerat Israel, abigant à Iudæis; ne vltèrius eis noceant, & disperdant, ac destruunt ea.

21 *Per singulos viros.* Singuli principes horum regnorum dispersere Iudæos, quantum quisque illorum voluit.

Et nemo eorum leuauit caput suum. Non sinebant Iudæos leuare caput, sed præ timore, demisso capite, iugū seruitutis portabant.

### Caput II.

**1** **L**euauit oculos meos, & vidi? & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. 2 Et dixi, quò tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. 3 Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. 4 Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerū istū, dicens, Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominū & iumentorū in medio eius. 5 Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. 6 O, o, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, quoniā in quatuor ventos ecclī disperſi vos, dicit Dominus. 7 O Sion fuge quæ habitas apud filiam

filiam Babylonis. 8 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriam misit me ad gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei: 9 quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his qui seruibant sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me. 10 Lauda, & letare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. 11 Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa: & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. 12 Et possidebit Dominus Iudæam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. 13 Sileat omnis caro à facie Domini: quia conturrexit de habitaculo sancto suo.

**E**tece vir, & in manu eius funiculus messorum. Tota oratio in hoc capite est allegorica. Sub similitudine enim *Ierusalem*, loquitur de Ecclesia à Christo ædificandâ. Quod igitur angelus habet *funiculum*, si-

gnificat Dominum velle ædificare Ecclesiam. Qui enim ædificat, prius arcã metitur.

3 *Angelus qui loquebatur in me egrediebatur.* Ut, scilicet, nouã ad me reuelationẽ afferret de futuris, vel quia iã dixerat, quæ iussus fuerat dicere.

4 *Et angelus alius egrediebatur.* Superior angelus reuelationem ei afferens nouam.

5 *Loquere ad puerum istum.* Puerũ vocat, quia fortè tunc iuuenis erat Zacharias; vel, (vt ait Hiero.) quia ad comparationem angelorum, omnis humana natura, vel scientia, pueritia dicitur.

6 *Absq; muro habitabitur Ierusalem.* Innumera bilis hominũ multitudo veniet ad Ecclesiam. *Homines* vocat eruditos scientia scripturarum, *iumenta* verò simplices quosque credentium, vel *homines* Iudeos, *iumenta* gentiles vt Hierony. exponit.

7 *Murus ignis in circuitu.* Etiam si muros nõ habeat, non tamen erit exposita hostium incursionibus; *Ego ero ci murus ignis*, qui hostes terreat, & accedere non sinat.

8 *Et in gloria ero in medio eius.* Pro *in gloriã*, id est, gloriosam eã reddã, vel, gloriã meã ci ostẽdam; id est, claritatẽ meã, Isa. 61. quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus.

6. O, ô. Id est, heus, heus.

*De terra Aquilonis.* Id est, de Babylone, id est, de sæculi peccatis, & fallacijs, & prope rate ad Ecclesiã; in qua inuenietis veras diuitias, & veram requiẽ. Vocat electos per totum orbem dispersos.

*Quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos.* Id est, quanuis per totum orbem dispersi sitis, properate ad Ecclesiam.

7. O Sion. Heus popule electe *fuge*, id est, eripe te tot malis, relinque mundi vanitatem. In Hebr. pro *Fuge* habetur *liberare*, siue *libera te.*

8. *Quia hæc dicit Dominus exercituum.* Filius Dei loquens introducit.

*Post gloriã misit me ad gētes.* Post exaltationem meã, & ascensionẽ in cælos, misit me, vt gentibus prædicẽ per Apostolos meos.

*Quæ spoliauerũt vos.* A quibus vexati estis. Quanuis omnib<sup>9</sup> electis loquitur, specialiter cõuertit sermonẽ ad populũ Iudæorũ, qui potissimũ vexati sunt à gentibus, & ex quo populo fuerunt primi prædicatores, qui sibi per prædicationem Euangelij mundum subiecere.

*Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi sui.* Ita legendum est, id est, se lædit; qui vos lædit; quoniam grauissimẽ à Deo punie-

364 In Zacharia Cap. II.

puniatur, vel potius *sui*, id est, Dei, qui misit me. Quasi diceret, quoniam vexati estis, & vos Deus ita amat, vult vos hoc gloriosissimo victorię genere decorare, & ita vlcisci vestras iniurias, vt hostes vestri vobis se subdant, & vt parentibus obediant per Euangelij prædicationem domiti.

9 *Quia ecce ego leuo.* Pugnabo contra eos, & eos mihi subijciam.

*Et cognoscetis quia Dominus, &c.* Tunc re ipsa patuit Christum missum esse à Deo patre, cum ei gentes inimicę subditę sunt.

10 *Lauda.* Vocifera præ magnitudine gaudij, o Ecclesia; quoniam ego de sinu patris veniam ad te, & semper in te habitabo usque ad consummationem sæculi, & tunc gentes ad me conuertentur.

12 *Et possidebit Dominus iudam partem suam.* Non totum populum Iudæorum, sed eos qui prædestinati sunt, isti enim sunt pars, siue hæreditas Domini.

*In terra sanctificata.* In Ecclesia, siue in Iudæa, in qua Dominus ad se vocauit primos credentes.

13 *Silet omnis caro.* Reuerenter, & sanctę cum colat. Vide Sopho. 1. *Silite à facie Domini.*

*Quia consurrexisti de habitaculo sancto suo.* Id est,

est, quia venit de coelo in terram propter  
hominum salutem.

Caput III.



**E**t ostendit mihi Do-  
minus Iesum sacer-  
dotem magnū stan-  
tem corā angelo Do-  
mini: & Satan stabat  
à dextris eius, vt ad-  
uersaretur ei. 2 Et dixit Dominus  
ad Satan: Increpet Dominus in te Sa-  
tan, & increpet Dominus in te, qui ele-  
git Ierusalem: nunquid non iste torris  
est erutus de igne? 3 Et Iesus erat in-  
dutus vestibus sordidis & stabat ante  
faciem angeli. 4 Qui respōdit, & ait  
ad eos qui stabant coram te, dicens:  
Auferte vestimēta sordida ab eo. Et di-  
xit ad eū, Ecce abstuli à te iniquitatē  
tuam, & indui te mutatorijs. 5 Et di-  
xit: Ponite cidarim mundam super ca-  
put eius. 6 Et posuerūt cidarim mū-  
dam super caput eius, & induerunt eū  
vestibus: & angelus Domini stabat.  
7 Et

7 Et contestabatur angelus Domini Iesum, dicēs: Hæc dicit Dominus exercituum, Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris: tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui nūc hic assistunt. 8 Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui habitāt corā te, quia viri portendentes sunt. ecce enim ego. **A D D V C A M S E R V V M M E V M O R I E N T E M.** 9 Quia ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem unum septem oculi sunt: ecce ego cælabo sculpturā eius, ait Dñs exercituū: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. 10 In die illa dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suū subter vineam, & subter ficum.

**E**t ostendit mihi Dominus Iesum. Vult propheta ostendere Dominiū non plene quæ in annum septuagesimum promiserat impleuisse, propter eorum peccata, quibus & populus, & sacerdotes & Pontifex ipse tenebatur; ideò docet, quæ in diuino iudicio contigerint, in quo Iesus à Diabolo

Diabolo vehementer accusabatur orans pro Ierusalem.

Stantem coram angelo Domini, Scilicet, custode, & protectore populi. Angelus adest, ut ostendatur Iesum, & eius populum defensore indiguisse, cuius precibus veniam impetraret

Et Satan stabat à dextris eius. Hiero. quonia vera (inquit) erat accusatio, quia, scilicet, sacerdotes, & populus, & ipsi filij, ac fratres Iesu duxerant vxores alienigenas, contra præscripta Deuteronomij, 7. cap.

2. Increpet Dominus in te. Dominus reprimet, atque cõpescet tuum furorem, & tuã maleuolentiam, ne aliquid possit aduersus Iesum orantem pro Ierusalem. Loquitur autem Dominus de se, ac si de aliquo alio loqueretur more scripturæ.

Qui elegit Ierusalem. Ut in ea sibi templum ædificaretur; & idè nihil poteris aduersus Iesum.

Nunquid non iste torris est erutus de igne? Id est, ut torris. Quasi diceret, liberauit eum Dominus de Babylonica captiuitate, & de magnis periculis, quasi torrem ne penitus igne consumeretur;quare frustra niteris perdere, quem Deus liberare decreuit.

3 *Vestibus sordidis.* Quæ significabant eius peccata. Vnde, post exutas vestes, ait, *Ecce abstuli à te iniquitatē tuā. Et stabat ante faciē angeli.* Intuens in eum, & auxiliū ab eo expectans, & petens. Vnde sequitur: *qui respondit, &c.*

4 *Et ait ad eos qui stabant coram se.* Ad minores angelos ex persona Domini locutus est. Hierony.

*Et indui te mutatorijs.* Nouis vestibus, & pretiosis, quæ gratiam, & virtutes & dona significāt, vt Luc. 15. videmus in filio prodigo per poenitētiam restituto. Chald. *Indui te iustitiss.*

5 *Ponite cidarim mundam.* Ornamentum capitis Pontificalis est, Exod. 28. Leuit. 8. & 16. Significabatur autem, quod functurus esset officio suo sacerdotali sancte & caste.

*Et angelus Domini stabat.* Nunquam ab eo discedēs, donec fierēt omnia, quæ ad eius, & populi salutem pertinebant.

6 *Et cōtestabatur.* Palam admonerat, quasi adhibitis testibus.

7 *Et custodiam meam. Ixx. Præcepta mea.*

*Tu quoque indicabis domum meam.* Simul cū Zorobabele iudicabis, & gubernabis populum meum.

*Et custodies atria mea.* Diu manebis in Sūmo Pon-

mo Pontificatu; tuæ curæ concredentur templum & atria.

*Et dabo tibi ambulantes de his.* Hierony. dabo tibi ex hoc angelorū numero, qui ante me adstant, quorum circumualleris auxilio, & ab omni hostium fraude securus sis.

*Audi Iesu.* Propter magnitudinē rei dicendæ denuò captat attentionem.

*Tu & amici tui.* Cæteri sacerdotes, & viri iusti, qui tecum habitant in Hierusalem.

*Quia viri portendentes sunt.* Id est, operibus suis portendunt, & præmonstrant futura Christi mysteria. Nam libertas Babylo-nica significat libertatem per Christum afferendam; & ipsi ædificantes templum, significant Apostolos ædificatores Ecclesiæ, &c. quoniam igitur hæc præmonstrant, audiant me, vt intelligant mysteria, quæ præmonstrant, & quæ scire expetunt de Messia.

*Seruum meū Orientem.* Oriens, siue (quod hic idem est) germen dicitur Christus, quia ex emortua serè patriarcharū radice, tanquā nouus surculus prodijt, & defossus in terra germinauit, & in magnam arborem creuit, cuius rami sunt filij Ecclesiæ.

*Quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu.* Id est, quem Iesu ostendi per reuelationem, quæ

370 *In Zachariae Cap. III.*

prius vocavi germen, & nunc lapidem voco propter fortitudinem, quæ omnia regna cõtriturus est; & potissimùm, quia futurus est lapis angularis veri templi, id est, Ecclesiæ figuratæ per templum, quod nunc ædificat Zorobabel.

*Super lapidem unum septem oculi sunt.* Non erit iste lapis, vt ceteri, sensu, & vita carès; septem oculos habebit, id est, septem dona Spiritus sancti, quæ animam illuminatam, & oculatam reddunt. Vel, omnia membra Ecclesiæ continebit providentia sua; idem habet septem oculos, id est, septem angelos Apoc. 5. per quos vniuersæ Ecclesiæ provideat.

*Ecce ego calabo sculpturam eius.* Hieron. istum lapidẽ clavis crucis, & lancea militis faciã vulnerari, & in die passionis suæ auferet iniquitatẽ terræ. Possumus etiam hoc intelligere de donis, & gratijs, quæ Christus homo accepit.

*10 Vocabit vir amicum suum.* Tẽpore legis gratiæ fruuntur homines summa tràquillitate, & pace spirituali; nemo eos terrebit, nulli casus, eorũ pectora turbabunt. Cũ enim homines cũ amicis epulantur in vineis, pax est, & tràquillitas. De hac pace vide Mich. 4. & 5. & Isã. 2. Hof. 2. & vlt. Hamos vlt.

Caput IIII.

**I** T reuersus est angelus qui loquebatur in me: & suscitauit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo. 2 Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius: & septem lucernae eius super illud: & septem infusoria lucernis quae erant super caput eius. 3 Et duae oliuae super illud: vna a dextris lapadis & vna a sinistris eius. 4 Et respondi, & aio ad angelum, qui loquebatur in me, dicēs: Quid sunt haec, Domine mi? 5 Et respondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me, Nunquid nescis quid sunt haec? & dixi, Non Domine mi. 6 Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore: sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum. 7 Quis tu mons magne coram

Zorobabel ? in planum : & educet lapidem primum , & exæquabit gratiam gratiæ eius. 8 Et factum est verbum Domini ad me , dicens. 9 Manus Zorobabel fundauerunt domum istam , & manus eius perficient eam : & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. 10 Quis enim despexit dies paruos ? & lætabuntur , & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi sunt Domini , qui discurrunt in vniuersam terram. 11 Et respondi , & dixi ad eum : Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri , & ad sinistram eius ? 12 Et respondi secundo , & dixi ad eum : Quid sunt duæ spicæ oliuarum quæ sunt iuxta duo rostra aurea , in quibus sunt suffusoria ex auro ? 13 Et ait ad me , dicens : Nunquid nescis quid sunt hæc ? Et dixi , Nō Domine mi 14 Et dixit , Isti sunt duo filij olei splendoris , qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.

1 **E**T reuersus est angelus; Qui exierat, vt nouam reuelationem afferret.

2 **Candelabrum.** Id est, Ecclesia, quæ locus veri luminis est, nec illud habet à se, sed à Deo. *Aureum* dicitur propter firmitatem, & propter præstantiam doctrinæ <sup>non</sup> habetis admixtionem falsitatis; ideoque est *aureum totum* Apocal. 1. *Candelabra septem, septem Ecclesia sunt.*

Et lampas eius super caput ipsius. In summo stipite candelabri est lampas maxima, id est, Christus illuminans Ecclesiam.

Et septem lucernæ eius. Iusti qui ad imitationem Christi lucent in Ecclesia, dū hoc sæculū septenis diebus voluitur Philip.

2. *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.*

Et septem infusoria lucernis. Id est, septem vasa, è quibus oleū infunderetur in lucernas, ne extinguerentur, quæ sunt septem sacramenta.

3 *Et due oliuæ.* De his dicemus in fi. capit.

*Vna à dextris lampadis.* Non solùm erant ad dexteram, & sinistram candelabri, sed etiam lampadis, quia ex imo surgebant vsque ad maximam lampadem.

5 *Nunquid nescis quid sunt hæc,* Præparat prophetam ad audiendum attentius. Loquitur autem ita, quoniam visio aperta erat ange-

Io, & idè increpat prophetæ tarditatem; aut certè ironicè loquitur, vt solemus, cū rem videmus esse obscuriorem, vt Ioan. 3.

*Tu es magister in Israel, & hæc ignoras.*

6 *Non in exercitu.* Tanta magnificentia Ecclesiæ, per templum tuum ô Zorobabel, significata, quanta in hac visione videtur, & tā mirabilis populi tui, in fine sæculi, conuersio non fiet humanis viribus, sed virtute spiritus mei, Apóstolos, & prædicatores implentis, & ad eorum prædicationem corda hominum permouentis.

7 *Quis tu mons magne.* O Diabole, qui per Antichristum insurgis in populum Zorobabelis, & vt montem magnum te ei opponis; frustra insurges. Nam prædicatione, & oratione istarum duarum oliuarum, eripietur tibi, & ad Christum conuertetur.

*In planum.* Scilicet, redigeris; in nihilum recident superbi conatus tui.

8 *Et educet lapidè primarium & exequabit gratiam gratia eius.* Ita legendum est, nō gratie, vt manifestè patet ex Hiero. Sēsus autem est; cū mons magnus Antichristus insurget cōtra Zorobabelis populū, tunc Deus per Henoeh, & Eliam proferet in lucem lapidem primarium, id est, quem olim reprobauerunt ædificantes Iudæi, & positus est in fun-

in fundamento Ecclesiæ. Docebunt enim isti sancti Iudæos, se non posse pertinere ad ædificium Dei, nisi se super hunc lapidem ædificet. Et gratia huius lapidis, qua tunc ad se, & ad pinguedinem Euangelij admittet populum Iudæorum, exæquabit gratiam qua olim admisit gentilitatē. Non minùs largus tunc erit in Iudæos, quàm olim fuerat in gentes.

9 *Manus Zorobabel*, Primi fundatores Ecclesiæ per domum istam significatæ, fuerunt Apostoli, & discipuli ex posteritate, & populo Zorobabelis, pro quo ipse Deus orat, & de cuius salute sollicitus est. Et prædicatores, ex eodem populo, absoluent ædificium, cum prædicabit Elias & alij, qui conuertentur ex illo populo.

10 *Quis enim despexit dies paruos?* Non est, cur homines contemnant dies illos, cum Deus parua opera facere videbitur, & finet Iudæos, & alios ab Antichristo, decipi. Citò enim miserebitur populi sui, & magna in eorum salute operabitur.

*Et letabuntur & videbunt lapidem stanneum.* Fideles ex gentibus conuersi, lætabuntur in Iudæorum conuersione, cum viderint in manu Iudæorum lapidem illum, quem olim,

(vt stannum ex argento fecernitur, quasi impurum) ex prophetarū suorum numero, & ex populo suo eiecerunt, & huius repro- bationis causa tot mala passi sunt. Sed, cū lapidem istum stanneum receperint, & se super illum ædificauerint, defendentur ab igne tentationum, & tribulationum Antichristi.

*Septem sunt isti oculi Domini.* Isti septē oculi, quos modo vides in hoc lapide, sunt oculi Domini, &c. aut, septem oculi, quos dixi c. 3. esse in lapide vno, sunt septē oculi, &c. vt ibi explicuimus, aut, *letabuntur*, &c. isti septem: nam ibi est in Hebræo *athnah*, id est, septem spiritus, de quibus ibi- dē; & statim sequitur *oculi Domini ipsi*, &c. & iuxta nostram translationem *septem sunt isti*, &c. id est, qui letabuntur in conuer- sione Iudæorum, sunt isti septē spiritus, qui dicuntur *oculi Domini*.

12 *Quid sunt duæ spicæ oliuarum.* Quæsierat, quid significarent duæ oliuæ, & antequā angelus respondeat, vt simul omnia expli- cet, quærit de duobus rostris aureis, ex quibus pendebant suffusoria; & cur oliuæ habeant spicæ, quia verticem habebāt ple- num baccis, sicut spicæ frumenti, sunt ple- næ granis. Quæ res significabat Eliam, & Henoch

Henocho in fine vitæ suæ maximum fructum esse allaturos de conuersione, scilicet, Iudæorum.

*Iuxta duo rostra aurea.* Ista erant duæ fistulae in modum rostri auis, aut nariû vt verterût Ixx, quæ significant duas Christi naturas, vnde pendent suffusoria, id est, septem illa vasa infusoria, hoc est vnde septê sacramenta vim suam accipiunt.

14 *Isti sunt duo filij olei.* Tantû respondet ad principale quæsitum, cætera ei relinquens intelligenda ex dictis, id est, sunt Elias, & Henocho, qui assistent Deo orantes semper pro salute Iudæorum, quorum opera, & orationibus, Iudæi tantû conuertentur. *Filios olei* vocat & quia fructiferos (conuertent enim multos) & quia plenos pinguedine vnctionis Spiritus sancti, & propter splendorem vitæ & doctrinæ.

*Qui assistent,* Scilicet, parati ad exeundum inter homines, & prædicare, aut aliquid aliud facere, id est, parati obedire Dei iussioni.

*Caput V.*

**I** cōuersus sum, & leuani oculos meos: & vidi & ecce volumen volans. 2 Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixit: Ego video volumen volans. longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. 3 Et dixit ad me. Hæc, est maledictio quæ egreditur super faciem omnisterræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est: iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur: 4 Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis & ad domū iurantis in nomine meo mēdaciter: & cōmorabitur in medio domus eius & consumet eū, & ligna eius & lapides eius. 5 Et egressus est angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide quid est hoc quod egreditur. 6 Et dixi, Quidnam est? Et ait, hæc est amphora

phora egrediens, Et dixit. Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. 7 Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. 8 Et dixit, Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & mittit massam plumbeam in os eius. 9 Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas milui. & leuaerunt amphoram inter terram & cælum. 10 Et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quò istæ deferunt amphoram? 11 Et dixit ad me, Vt edificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.

1 **E**T conuersus sum. Angelo interius me mouente, conuerti oculos ad aliam iusionem.

*Et ecce volumen volans.* In quo furta & periuria illius populi continebantur (ex quibus alia innumera oriebatur) & supplicia pro eis infligenda. Volans dicitur vt significet celerrimam fore vltionem.

2 *Longitudo eius viginti cubitorum.* Juxta Hiero. denarius significat clementiam, & lati-

lætitiã; vicenarius res aduersas. Ideò in hoc numero læta miscentur tristibus, quia Deus non punit, nisi vt misereatur, & beneficiat. Altera ratio est; Latitudo in peccatis est, cum multi eis læduntur, longitudo, cum diu in illis manent. Erant igitur hæc peccata magnæ latitudinis, sed duplo maioris longitudinis; ideò pœna ad multos veniet, & diutiùs durabit, id est, habebit maiorem longitudinem, & latitudinem. Iure igitur volumen, in quo peccata, & supplicia scripta erant, dicuntur habere istam latitudinem & longitudinem.

3 *Hæc est maledictio.* Hoc volumen significat punitionem quæ ventura est, &c.

*Omnis terræ. Israeliticæ.*

*Quia omnis fur.* Id est, iudicabitur ex peccatis quæ in hoc volumine scripta sunt, & iuxta supplicia in eodem volumine contenta. Similiter loquitur de iurante.

4 *Educam illud.* Scilicet volumen, id est, pœnas illo volumine contentas; educam inquam illud, id est, efficiam, vt quod tu modo in visione cognoscis, illi re ipsa experiantur.

*Et ligna, & lapides eius.* Vt nunquam deleatur memoria supplicij, & alij inde terreatur

tur

tur. Ita Chriſoſt. hom. 5. & 19. ad populum Antioch.

5 *Egreſſus eſt Angelus . Vt mitteret in amphoram impietatem; vel, vt nouam hęc reuelationem afferret.*

*Quod egreditur . Id eſt in aſpectum tuum venit.*

6 *Hęc eſt amphora.* Hebr. Ephā. & ponitur generaliter pro menſura, ſignificat autem certum numerum peccatorum, quem Deus præſtituere ſolet, vt, cum ad eum ventum erit, ſupplicium ſumat. Id vero maximum eſt excæcatio, vt dicitur verſ. 9.

*Hęc eſt oculus eorū.* Huc tantum aſpiciunt in tota terra ſua. Tam effrænate ruunt in peccata, vt nihil aliud videantur ſpectare, quā vt hanc menſuram celerrimè impleant.

7 *Talētum plumbi.* Maſſa, vel globus plūbi.

*Hęc eſt impietas.* Scilicet populi huius. Impietatem vocat quidquid ſanctitati, & iuſtitie opponitur.

8 *Et proiecit eam in medio amphoræ.* Antea impietas partim erat intra amphoram, partim extra, id eſt, non erat impleta menſura peccatorum; ſed cum Chriſtum occiderūt, & Euangelium perſecuti ſunt, ideſt, tunc impleta eſt menſura. Idedò tota iniquitas, ſue impietas introiuit in amphoram, & talen.

talentum plumbi impositum est. Quod significabat diu eos mansuros fore in sua impietate & damnatione. Plumbū enim significat pondus damnationis, quod tunc acceperunt Iudæi à Domino relictī.

9 *Due mulieres egredientes, excecatio, & induratio, sicut angelus dixit primā mulierē esse impietatem.*

*Et spiritus erat in alis earum.* Id est, ventum collegerant ad volandum, & magno impetu ferebantur.

*Quasi alas milui.* Miluus habet alas magnas & fortes ad volandum. Præterea scit, quando in aliam provinciam venire debeat, & non desistit à volatu, donec in eam veniat; ita istæ deferunt Iudæos impios in certam perditionem.

*Lenauerunt amphoram inter celum & terram.* Id est, volando, secum eam deferrebant. Præterea, antea impietas Iudæorum in terra sua nota erat, sed per excecationem, & indurationē patuit omnibus nationibus, & proposita est omnium aspectui.

11 *Quo iste deferunt amphoram.* Id est, quem finem habitura est impietas huius populi, quando finietur?

*Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar.* In terra Sennaar ædificata est ab impijs turris Babel.

bel, Genesis. 11. qui figura fuerunt Iudæorum recepturorum Antichristum in Babylone, vbi ille regnare incipiet. Et quia Iudæorum impietas tunc maximas vires habitura est, & multū ab Antichristo, & eius comitibus honoranda, dicit, amphorę ædificandam esse domum ibi, & stabiliendā; & ipsa impietas ponetur super basim, vt statua omnibus videnda, & honoranda; & quia ibi quietura erat.

Caput VI.



**E**T conuersus sum, & leuauī oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigę egrediētes de medio duorum montium: & montes, mōtes ærei. 2 In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri: 3 & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij fortes. 4 Et respondi, & dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quid sunt hæc Domine mi. 5 Et respondit angelus, & ait ad me

me, Isti sunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur vt stent coram dominatore omnis terræ. 6 In qua erāt equi nigri egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: & varij egressi sunt ad terram Austri. 7 Qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire & discurre re per omnem terram. Et dixit, Ite perambulate terram, & perambulaerunt terram. 8 Et vocauit me, & loquutus est ad me dicēs, Ecce, qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis. 9 Et factum est verbum Domini ad me, dicens. 10 Sume à transmigratione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosia filij Sophonia, qui venerunt de Babylone. 11 Et sumes aurum & argentum, & facies coronas: & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, 12 & loqueris ad eum dicens, Hæc ait Dominus exercituum dicens,

E C C E  
VIR

VIR ORIENS NOMEN  
EIVS: & subter eum orietur, & ædi-  
ficabit templum Dño. 13 Et ipse ex-  
truet templum Dño: & ipse portabit  
gloriã, & sedebit, & dominabitur su-  
per folio suo: & erit sacerdos super so-  
lio suo, & consiliũ pacis erit inter illos  
duos. 14 Et coronæ erũt Helẽ, & To-  
biæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ  
memoriale in templo Domini. 15 Et  
qui procul sunt, venient, & ædifica-  
bũt in templo Domini & scietis quia  
Dominus exercituũ misit me ad vos.  
Erit autem hoc, si auditu audieritis  
vocem Domini Dei vestri.

**E**T conuersus sum. Verti me vt viderem  
aliam visionem & ecce quatuor quadri-  
ge. Sicut Dan. cap. 2. ita nunc Zacharię pro-  
ponuntur quatuor imperia, quæ sibi ordi-  
ne successerunt, & se se mutuo euerterunt:  
& post illa, imperium Christi Domini no-  
stri omnibus illis diuturnius & potentius  
vt norint omnes non casu, sed Dei volun-  
tate ista imperia floruisse, & concidisse, sed  
regnum Christi semper mansurum. *Quadri-*

ge dicuntur propter bellicam fortitudinē qua præstiterunt.

*Egrediētes.* Ut nationes alias sibi bello subicerent, & imperium tenerent.

*De medio duorum montium.* Ante quam exirent, diuina prouidentia, & voluntate, suis finibus continebantur, ne alias nationes bello infestarent; perinde ac si septæ essent vndique duobus montibus æneis, id est, firmis & insuperabilibus. Sed cū venit tempus à Deo præstitutū eorum imperio, tunc egressæ sunt.

*In quadriga prima equi rufi.* Istud est imperiū Chaldæorū sanguinarium, & crudele, quod multas nationes vastauit. *In quadrigis* autem simul intelligit ascensores earum, more scripturæ.

*In quadriga secūda equi nigri.* Istud est imperium Medorum, & Persarum. Equi sunt nigri, quia his regnantibus Iudæi graui metu atque luctu afflicti sunt per edictum Assueri Esther. 3. *Etiā luxerunt impediri sibi templi edificationem.*

*3 In quadriga tertia equi albi.* Regnum Græcorum quod cœpit ab Alexandro, qui clemens fuit in Iudæos & tēpore regni Græcorum, insignes victorias habuerunt Iudæi tempore Machabæorum.

*In quadriga quarta equi varij & fortes.* Regnum Romanorum equi fortes sunt propter bellicam fortitudinē, quæ cætera imperia præcesserunt; *Varij*, quia partim in Iudæos fuere clemētes, vt Iulius Cæsar, Augustus, Claudius; partim inimici, & persecutores, vt Caligula, Nero, Vespasianus, Adrianus. Sed, qui sunt isti fortes, paulò post dicem<sup>9</sup>.  
5 *Isti sunt quatuor venti.* Id est, sunt ista regna, sicut quatuor vèti principales, qui ex diuersis partibus orti, totā terrā perflant. Ita ista regna suo tēpore vnumquodq; totum orbem concitabunt. Itaq; vnumquodq; illorum est, sicut quatuor venti.

*Qui egrediuntur vt stent.* Id est quando egrediētur ad possidendā terrā bello, erūt vt famuli quidam Dei, qui eius nutū expectabunt, & illis vtetur Deus, vt rex vtitur ministris ad puniendum, aut ad protegendum, quos voluerit; est enim ipse vniuersæ terre rex, & iudicat hoc modo omnes nationes.

6 *In qua erāt equi nigri.* De equis rufis nihil dixit, quia iā trāsierat imperiū Chaldæorū.

*Egrediebantur in terram Aquilonis.* Quoniā Persæ & Medi debellauerunt Babylonem, quæ respectu Ierusalem est Aquilonaris.

*Et varij egressi sunt ad terram Austri.* Romanos dicit exisse in Ægyptum, quæ respectu  
BB 2 Ierusalem

Ierusalem, erat Australis; quoniam tantum memorat bella horum regnorum, quibus priora regna deleta sunt. Iulius autem Cæsar in Ægypto vicit Ptolomeum, & reliquit regnum Cleopatræ & fratri eius minori, autore Sueton. cap. 35. sed postea Augustus, mortua Cleopatra, Ægyptum prouinciam fecit teste eodem Sueton. cap. 17. & 18. & tunc finitum est imperium Græcorum, id est, successorum Alexandri, de quibus. 1. Macha. 1.

7 *Qui ante robustissimi erant.* Gothos intelligit, qui primi, Romanorum imperium viresque fregerunt; & aliquando milites fuerunt Romanorum, sed postea soluti à quadriga Romanorum, terram perambulauerunt, & sibi subiecerunt, sed tantum perambulauerunt, quia subegerunt quidem innumeras prouincias, sed imperium tueri non potuerunt.

8 *Requiescere fecerunt spiritum meum.* Rem gratissimam mihi fecerunt Persæ, & Medi, (qui sumpserunt vltionem de Chaldæis, qui populum meum afflixerant) & itidem Græci delentes Persas, à quibus etiam populus meus afflictus est.

10 *Sume à transmigratiōe.* Id est à transmigrantibus, ab ijs viris, qui venerunt Babylone, quos inuenies in domo Iosæ. *Trāsic nunc*

nūc ad prænunciandū imperium Christi.  
11. *Et facies coronas, Vt illas capiti Iesu imponas, vt figuram præferat Christi regis, & sacerdotis.*

12. *Ecce vir, Oriens nomen eius. Quasi dicat nō tibi propter te imponitur corona, sed vt figura Christi sis. Vide de his verbis cap. 3. Ecce ego adducam seruum meum Orientem.*

*Et subter eum orietur. Ex se ipso germinabit, & crescet. Rami eius sunt filij Ecclesię.*

13. *Et ipse extruet templum Domino. Ipse inquam non alius ædificabit Ecclesiā. Quod maioris firmitatis causa repetit.*

*Et ipse portabit gloriam. Magnam gloriam suis factis consequetur, ab omnibus laudabitur, & honorabitur Philippens. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum.*

*Et sedebit & dominabitur, Vt verus Rex totius populi Dei Luc. 1. & regnabit in domo Iacob in æternum.*

*Et erit sacerdos. Idem erit sacerdos, & super thronum sacerdotalem sedebit.*

*Et consiliū pacis erit inter illos duos. Summus consensus erit inter illos duos, scilicet, thronos. Nam vox Hebræa cise masculini generis est, & ponitur pro dignitate, & officio, id est, illæ duæ dignitates, inter quas non satis conuenire solebat, nunc valde*

390 In Zacharia Cap. VI.

concordes erunt in vno Christo. Vel, inter illos duos, id est inter regem, & sacerdotem. Sed capitur rex pro dignitate, non pro persona, & itidem sacerdos.

14 Et coronæ erunt Helem. Postquã coronas capiti Iesu imposueris, detrahes, & in templo seruabis, vt sint ibi in memoriã, & laudem eorũ, qui dederunt. Et significant in memoria æterna futuros apud Deum eos, qui Christum adorauerint, & ei munera obtulerint, & in vtilitatem Ecclesiæ laborauerint. *Helē* ipse est Holdai, & Iosias ipse est Hem, sed hæc nomina ponuntur, quia pauciores habēt literas, vt commodiũs incidantur in corona, & vt significantur munera, quæ à Deo accipient, qui prædicta illa fecerint. *Helem* somnium siue impugnationis, id est, cognitio rerũ absconditarum per Spiritum sanctum, & magna copia donorum. *Hen* gratia.

15 Et qui procul sunt. Id est, gẽtiles Eph. 2. vos, qui aliquando eratis longẽ.

Et ædificabunt in templo Domini. Multũ iuuant hoc ædificium Ecclesiæ, vt explicant August. Hieronym. & consonat illud Isai. 60. & ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, &c.

Erit autẽ hoc, si auditu audieritis, &c. Hæc bona

na promissa eueniét vobis, si Christú audire, & recipere volueritis; alioqui reiciemini à Deo, & tantorú bonorú participatio-  
ne priuabimini.

Caput VII.



**D**T factum est in anno quarto Darij regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu. 2 Et miserunt ad domú Dei Sarazar & Rogoma-melech, & viri qui erant cum eo, ad deprecandam faciem Domini: 3 vt dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum & prophetis, loquentes, Nunquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanétificare me debeo: sicut iá feci multis annis? 4 Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens, 5 Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, dicens, Cú ieiunaretis, & plāgeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: nunquid ieiunastis

ieiunastis mihi? 6 & cum comedistis  
 & bibistis: nunquid non vobis come-  
 distis, & vobismetipsis bibistis? 7  
 Nunquid non sunt verba, quæ loquu-  
 tus est Dominus in manu propheta-  
 rum priorum, cum adhuc Ierusalē ha-  
 bitaretur, & esset opulenta, ipsa & vr-  
 bes in circuitu eius, & ad austrum, &  
 in campestribus habitaretur? 8 Et fa-  
 ctum est verbum Domini ad Zacha-  
 riam, dicens, 9 Hæc ait Dñs exerci-  
 tum, dicēs, Iudicium verum iudicate:  
 & misericordiam & miserationes faci-  
 te vnusquisque cum fratre suo. 10 Et  
 viduam & pupillum, & aduenā, & pau-  
 perem nolite calūniari: & malum vir  
 fratri suo non cogitet in corde suo.  
 11 Et noluerunt attendere & auerte-  
 runt scapulam recedētes: & aures suas  
 aggrauauerūt ne audirent. 12 Et cor  
 suum posuerunt vt adamantem, ne  
 audirent legem & verba quæ misit  
 Deus exercituum in spiritu suo per  
 manum prophetarum priorum: & fa-  
 cta est indignatio magna a Domino  
 exer-

exercituum. 13 Et factū est sicut locutus est, & nō audierūt: sic clamabūt & nō audiā dicit Dñs exercituū. 14 Et disperfi eos per omnia regna quę nesciūt & terra desolata est ab eis, eo, qđ nō esset transiens & reuertens: & posuerūt terram desiderabilem in desertum.

2 **E**T miserant ad domum Dei sarasar. Isti erant principes viri ex Iudæis, qui Babylone remanserant.

*Ad deprecandam faciem Domini. Ut pro ipsis orarent, & munera offerrent.*

3 *Vel sanctificare me debeo, Id est, ieiunabo ne? Ierusalem incensa est mense quinto, & mense 7. penitūs ex ea eiectæ sunt reliquię Iudæorum, Godolia interfecto 4. Regum vlt. Idēd Iudæi toto captiuitatis tempore ieiunabant, & flebant, 5. & 7. mēse. Cū autē iam biēnium esset, ex quo tēplum ædificari cæptū est, & opus cresceret, tēpusq; iam nō doloris, sed lætitię videretur, quęrunt an profequi debeant cæpta ieiunia.*

*Anquid ieiunium ieiunastis mihi. Non in honorem meum, sed in gratiam vestram ieiunabatis, vt hominibus placeretis, aut vt sumptui parceretis. Non ieiunabatis, sicut ego volebā, quia peccata sequebamini. Ille*

394 *In Zacharia Cap. VII.*

locus intelligitur ex Isaia 58. *Nunquid hoc est ieiunium quod elegi.*

6 *Nunquid non vobis comedistis, in vestram voluptatem, non in honorem meum.*

7 *Nunquid non hæc sunt verba.* Non est noua hæc mea querela, & admonitio; hæc eadè vobis dicebam, per prophetas priores, vt per isaïam c. 58. antequam vastaretur ierusalem. Quasi diceret, nunquam esset vastata, si me audissetis, sed nec nunc poteritis res vestras conseruare, etiamsi multum ieiunetis, nisi mores corrigatis, &c.

*Et ad Austrum & in campestribus. lxx. & montana, & campestria habitabantur.* erat enim ad Austrum vrbis ierusalem Montana regio, & Carmelus mons.

9 *Iudicium veram iudicare.* Si mihi vultis placere, hæc quæ dico, quæque semper dixi per prophetas meos, facite. Iudices vestri ne accipiant personas, sed iustitiã tantam iudicando spectent.

*Et misericordiam & miserationes facite.* Misericordiam in animo, miserationes in effectu, vt ait Cyril. Sed fortè hac geminatione omne genus misericordiæ voluit intelligere per exaggerationem.

10 *Nolite calumniari.* Id est, opprimere per potentiam, bona corũ vsurpado. lxx. egregie

κατα δυναστείαν per potentiam opprimere.

*Fratri suo.* In fratrem suū ne quærat, aut appetat vindictam.

11 *Et noluerunt attendere, scilicet patres vestri, cū eos per prophetas admonerem, vt patet ex sequentibus.*

*Et auerterunt scapulam recedentes.* Contempserunt sermones meos, sicut qui loquentē sibi, deferit, & terga ei vertit. lxx. *Et dederunt dorsum contemnens*

12 *Et cor suū posuerūt vt adamantē, Obdurauerūt, ne obedirent.* Hebr. *Cor suum posuerunt adamantem, suppletur nota similitudinis.*

*In spiritu suo.* Per Spiritum sanctum, quē dedit prophetis.

*Et facta est indignatio magna.* Puniuit eos atrociter per Chaldæos.

13 *Sic clamabunt & non exaudiam.* Mimesis est verborum Domini, cū illi caperentur à Chaldæis.

14 *Per omnia regna, ditionis Chaldæorum.*

*Eo quod non esset transiens & reuertens.* Id est, quod nullus in terra versaretur. Phrasis Hebr. sicut nos dicimus *venies y vinientes.*

*Et posuerūt terrā desiderabilē.* Terrā optimā & fertilissimā, suis peccatis verterūt in desertum. Nam terra Iudææ māsit sine habitatore, toto tēpore captiuitatis 2. Paral. vii.

*Caput VIII.*

**I** factum est verbū Do-  
 mini exercituum, dicens,  
 2 Hæc dicit Dñs exerci-  
 tuū, Zelatus sum Siō ze-  
 lo magno, & indignatione magna ze-  
 latus sum eam. 3 Hæc dicit Domi-  
 nus exercituū, Reuersus sum ad Sion:  
 & habitabo in medio Ierusalem: & vo-  
 cabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, &  
 Mons Domini exercituum, mons san-  
 ctificatus. 4 Hæc dicit Dñs exerci-  
 tuum. Adhuc habitabunt fenestras, &  
 anus in plateis Ierusalem: & viri bacu-  
 lus in manu eius præ multitudine die-  
 rum. 5 Et plateæ ciuitatis comple-  
 buntur infantibus, & puellis ludenti-  
 bus in plateis eius. 6 Hæc dicit Dñs  
 exercituū, Si videbitur difficile in oculo  
 reliquiarū populi hui⁹ in diebus il-  
 lis, nūquid in oculis meis difficile erit,  
 dicit Dñs exercituū? 7 Hæc dicit Dñs  
 exercituum: Ecce ego saluabo popu-  
 lum meum de terra Oriētis, & de ter-

ra occasus Solis. 8 Et adducam eos,  
& habitabunt in medio Ierusalem: &  
erunt mihi in populum, & ego ero  
eis in Deum in veritate & in iustitia.  
9 Hæc dicit Dominus exercituum,  
Confortentur manus vestræ qui au-  
ditis in diebus sermones istos per os  
prophetarum in die qua fundata est  
domus Domini exercituum, vt tem-  
plum ædificaretur. 10 Siquidem an-  
te dies illos merces hominum nõ erat,  
nec merces iumentorũ erat, neq; intro  
eunti neq; exeunti erat pax præ tribu-  
latione: & dimisi omnes homines vnũ-  
quenq; cõtra proximũ suũ. 11 Nunc  
autẽ non iuxta dies priores ego faciã  
reliquijs populi huius, dicit Dñs exer-  
cituum, 12 sed semen pacis erit: vinea  
dabit fructũ suũ, & terra dabit germen  
suum, & cœli dabunt rorem suum: &  
possidere faciam reliquias populi hu-  
ius vniuersa hæc. 13 Et erit sicut era-  
tis maledictio in Gentibus, domus Iu-  
da & domus Israel: sic saluabo vos, &  
eritis benedictio: nolite timere, con-  
forten-

fortetur manus vestrae. 14 Quia hec  
 dicit Dominus exercituum, sicut cogi-  
 tauit ut affligerem vos, cum ad iracun-  
 dia[m] prouocasset patres vestri me, di-  
 cit Dñs, & non sum misertus: 15 sic  
 conuersus cogitavi in diebus istis ut  
 benefaciam domui Iuda & Ierusalem:  
 nolite timere. 16 Hæc sunt ergo ver-  
 ba quæ facietis, Loquimini veritatem  
 vnusquisque cum proximo suo: verita-  
 tem & iudicium pacis iudicate in por-  
 tis vestris. 17 Et vnusquisque malum  
 contra amicum suum ne cogitetis in  
 cordibus vestris, & iuramentum men-  
 dax ne diligatis, omnia enim hæc sunt  
 quæ odi, dicit Dominus. 18 Et factum  
 est verbum Domini exercituum ad me,  
 dicens, 19 Hæc dicit Dominus exer-  
 cituum, ieiunium quarti, & ieiunium  
 quinti, & ieiunium septimi, & ieiuni-  
 um decimi erit domui Iudæ in gaudium &  
 lætitiã & in solennitates præclaras:  
 veritatem tantum & pacem diligite.  
 20 Hæc dicit Dominus exercituum,  
 Usquequo veniãt populi, & habitent  
 in ciui-

in ciuitatibus multis, 21 & vadant habitatores vnus ad alterum, dicētes, Eamus & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum, vadam etiam ego. 22 Et venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituū in Ierusalem, & deprecandam faciem Domini. 23 Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicētes, Ibi-  
mus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

**Z**elatus sum Sion. Irascor, & doleo, quia crudeliter sit ab hostibus vexata. Loquitur in toto capite de Ierusalem, & de Ecclesia, sicut de vno populo, quia gens Iudæorum est radix, & mater Ecclesiæ.

3 Reuersus sum ad Sion. Placatus sum Ierusalem, & genti Iudæorum, habitabo in ea, non eam deseram.

*Ciuitas veritatis.* Quoniam in Ecclesia veritas de credendis, & agendis traditur, nullis mendacijs adulterata.

*Et mons Domini exercituum.* In quo solo salui fiunt homines, Genesis. 19. *In monte saluum te fac.* & è quo propius cælestia contemplantur.

*Mons sanctificatus* Hebr. *Mons sanctitatis.* Id est, mons sanctus, in quo verus Deus vera religione colitur.

4 *Adhuc.* Quasi diceret, non sum oblitus Ierusalem, non penitus eam abieci.

*Habitabunt senes.* Plena erit Ecclesia sapientissimis consiliariis, quibus acquiescent adolescentes; idè ait *in plateis.* Quasi diceret, versabuntur inter iuvenes, non erunt illis odiosi.

*Et viri baculus in manu eius.* Vnius cuiusque baculus erit in manu eius, id est, veniènt ad ultimam vsque senectutem; quod tranquillitatem vrbs & eorum sapièntiam indicat.

5 *Et platee civitatis.* Exultabit Ecclesia, nova prole, infidelibus quotidie ad eam venientibus; & ipsi, posita sarcina peccatorum, & sæculi, lætabuntur maximè.

6 *Si videbitur difficile.* In diebus illis, quibus hæc fieri incipiènt, cum pauci Apostoli, & illiterati, & persecutionibus vexati prædicare incipiènt, putabunt homines non posse tantùm crescere numerum fidei sum; sed mihi nõ erit difficile præstare, quod dico.

7 De terra orientis. Ex omnibus mundi partibus adducam electos in Ecclesiam.

8 In veritate, & in iustitia. Implebo eis fideliter, quæ promiserò, & iustus ero in præmijs pro merito tribuendis.

9 Confortentur manus vestrae. Qui nunc hæc auditis ex Haggæo, & Zacharia, persequimini quod cœpistis, Deo obsequi, & templum ædificare, & à peccatis abstinere. Sicut enim antequam inciperetis templum, aduersæ vobis erant res, & postquam illud fundastis, vt ædificetis, prosperæ sunt; Ita si pietatem colatis, non desistam, vos magna bonorum spiritualium copia, quæ polliceor, afficere.

10 Mertes hominum non erat. Id est, labor omnis vester & iumentorum vestrorum, siue in agricultura, siue in mercimonijs, atque alijs operibus, irritus erat, & inanis, nullâ ex eo mercedem, aut fructum habebatis.

Neq; introeunt. Cùm in ciuitatē intrabatis, aut ex ea exiebatis, armis & insidijs externorum premebamini.

Et dimisi omnes homines, id est, intra ciuitatē sibi ipsis ciues mutuis odijs nocebant.

11 Nunc autem. Hebr. & nunc. Quasi diceret, at non ita me geram cum hominibus in illis diebus.

12 *Sed semen pacis erit, id est, pacifici homines: non me ad iracundiam prouocabunt.* Soph. 3. *Reliquia Israel nō facient iniquitatem.*

*Vinea dabit.* Per metaphoras rerum sensibilem, ostendit copiam spiritualium bonorum futuram tempore noui testamenti.

*Et celi dabunt rorem suum.* Loquitur more Iudææ, in qua propter raritatem pluuiarū magna est utilitas roris, & maximè necessaria.

13 *Sicut eratis maledicti.* Omnes gentes prius vos execrabantur, nunc laudabunt, & magnificient.

15 *Sic conuersus cogitavi in diebus istis.* More humano loquitur: Quia conuersi estis ad me, decreui vos multis bonis afficere modo maneat in sanctitate.

16 *Iudicium pacis.* Id est, pacificum, de quo nemo meritò conqueri possit.

*In portis vestris.* Ibi fiebant olim publica iudicia.

*Contra amicum suum.* Id est, contra proximum suum. Ita lxx. & Chal. eodem enim vocabulo amicus, & proximus intelliguntur.

19 *Ieiunium quarti.* Quarto mense ieiunabant Iudæi, quia tunc rupti sunt muri ciuitatis,

nitatis, Ieremiæ s. quinto mense incensa est ciuitas. Septimo interfectus Godolias, decimo vrbs obsessa est à Chaldeis, id est, nō solū ieiuniū quinti, & septimi mēsis, sed etiā cætera ieiunia omnia vertentur vobis in solennitates preclaras, id est, hilares, in quibus non ieiunabitis, sed dies festos agetis, modò veritatem, & pacem diligatis.

20 *Usquequo veniant populi.* Pro his ieiunijs quæ pro tristibus euentibus initia habuerunt, habebitis lætissimas solennitates, partis egregiæ victoris, vt 1. Mach. 4. & 13. donec succedant maiores & clariore causæ lætandi, cum scilicet multitudine gentium venerit ad Ecclesiam.

21 *Et vadant habitatores vnus ad alterum.* Legendum est vnus ad alteram ex Hebr. lxx. Chald. & Hieronymo, id est, vna ciuitas ibit ad alteram, vt se mutuò cohortentur, vt veniant ad Euangelium.

*Vadam etiam ego.* Dum vna ciuitas alteram inuitat, tertia, quæ eas audierat nō inuitata, dicit; ego etiā vobiscū venire volo.

22 *Gentes robuste,* quæ in alias imperium tenebant, Euangelio se subiciant.

23 *In diebus illis, in quibus apprehendēt.* Omnia hæc fient in diebus legis gratiæ, in quibus

*decem, id est, plurimi homines, ex omnibus nationibus gentium, & adhærebunt vni cuiilibet ex prædicatoribus Euangelij; & eum sequentur agnoscentes, deos gētium esse dæmonia & solum verum Deum esse, qui à Christianis prædicatur. Iudæum sumit vt Paulus Rom. 2. Non enim qui in manifesto in deus est.*

*Caput IX.*

**D**Nus verbi Domini in terra Hadrach & Damasci requiei eius: quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel. 2 Emath quoque in terminis eius & Tyrus, & Sidō; assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. 3 Et ædificauit Tyrus munitiōem suam, & coaceruauit argētum quasi humum, & aurum vt lutum platearum. 4 Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur. 5 Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam

niam confusa est spes eius : & peribit rex de Gaza , & Aſcalon non habitabitur. 6 Et ſedebit ſeparator in Azoto , & diſperdam ſuperbiam Philiftinorum. 7 Et auferam ſanguinē eius de ore eius , & abominationes eius de medio dentium eius : & relinquetur etiam ipſe Deo noſtro , & erit quaſi dux in Iuda , & Accaron quaſi Iebuſæus. 8 Et circundado domum meā ex his qui militant mihi euntes & reuertentes , & non tranſibit ſuper eos yltrā exactor : quia nunç vidi in oculis meis. 9 Exulta ſatis filia Sion , Iubila filia Ieruſalem : **E C C E R E X T V V S** veniet tibi iuſtus & ſaluator : ipſe pauper aſcendens ſuper aſinum & ſuper pullum filium aſinæ. 10 Et diſperdā quadrigā ex Ephraim & equum de Ieruſalem , & diſſipabitur arcus belli : & loquetur pacem Gētibus , & poteſtas eius à mari vſque ad mare , & à fluminibus vſque ad fines terræ. 11 Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos

de lacu in quo non est aqua. 12 Con-  
uertimini ad munitionem vinceti spei,  
hodie quoque annuntians duplicia  
reddam tibi. 13 Quoniam extendi  
mibi Iudam quasi arcum, impleui  
Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion  
super filios tuos Græcia, & ponam  
te quasi gladium fortium. 14 Et Do-  
minus Deus super eos videbitur, &  
exibit, vt fulgur iaculum eius: & Do-  
minus Deus in tuba canet, & vadet in  
turbine Austri. 15 Dominus exer-  
cituum proteget eos: & deuorabunt,  
& subiecient lapidibus fundæ: & bi-  
bentes inebriabuntur quasi à vino, &  
replebuntur vt phialæ, & quasi cor-  
nua altaris. 16 Et saluabit eos Do-  
minus Deus eorum in die illa, vt gre-  
gem populi sui: quia lapides sancti  
eleuabuntur super terrâ eius. 17 Quid  
enim bonum eius est, & quid pul-  
chrum eius nisi trumentum ele-  
ctorum, & vinum ger-  
minans vir-  
gines?

**O**mnis verbi Domini. Latius, sub nomine vicinarum Iudæis ciuitatum, & eis inimicarum, docet vocationem gentium. Et licet læta nuncientur, tamen eius vocat, quia introducit prædicatores Euāgelij, quasi hostiliter expugnantes vrbes, pugnantefque, vt Diaboli dominatum & idololatriam euertant.

*In terra Hadrach.* Vrbs est Syriæ, propinqua Damasco.

Et Damasci requiei eius. Quasi diceret, conuertetur Damascus ad Dominum, & requiescet ipse in ea.

*Quia Domini est oculus hominis.* Deo enim debentur oculi, non solum tribuū Israel, sed etiam hominis, id est, cæterorum hominum, vt eum aspiciant, vt Dominum, & ab eo omnia expectent.

*Hemath quoq; in terminis eius.* Eius, scilicet, requiei, est enim fœm. gen. Hemath. (quæ est cõfinis terminis Iudæorū.) Et Tyrus, & Sidon. (licet nunc sint extra terminos Ecclesiæ) aliquādo erūt intra terminos eius, cum scilicet ad Christum conuertentur.

*Assumpserunt quippe sibi sapientiam valde.* Quauis sibi sapientes videantur Tyrus, & Sidon, tamen simplicitati Euāgelij se subijcient.

3 *Et edificauit Tyrus munitionem suam.* Resistent Euangelio, quātūm poterunt, sacerdotes & magistri idololatriæ, sed tandē vincuntur. Capietur Tyrus, quanuis sit munitissima, & videatur sibi nullius indigere; quanuis sit locuples, ita vt non pluris fiat in ea argentum, quā puluis; nec aurum quā lutum. Hæc enim omnia maximè obstare solent Euangelio recipiendo, id est, vincuntur sapientes, fortes, diuites, & cedent Euangelio.

4 *Et percutiet in mari.* E mari admouebit illi machinas bellicas, & capiet eam. Tunc Tyrus tota mari cingebatur.

*Et hæc igni deuorabitur.* Vastabitur penitus, vel consumetur igni quem Dominus venit mittere in terram. Ita Hieronymus, & alij.

5 *Videbit Ascalon & timebit.* Transit ad vrbes Palæsthinorū similiter vicinas, & inimicas ludæis, easq; similiter à Christi discipulis capiendas prædicit. *Videbit Tyrū captā esse, & timebit* ne ipsa capiatur. Semper iste timor, aut dolor, aut resistentia debet intelligi sacerdotum, & magistrorum idololatriæ & similium.

*Quoniam confusa est spes eius.* Pudet et eius species, cūm viderit, quidquid ipsa habet,

non

non satis esse ad resistendum, sicut nec Tyro fuit satis.

*Et peribit rex de gaza.* Non amplius in ea regnabit Diabolus, sed Christus. Ita Hiero. vel, pellentur cū suo rege obstinati infideles; aut si māserit rex iam Christianus, non se vt Regem, sed vt æqualem geret.

*Et Ascalon non habitabitur.* Eijcientur ex ea omnes infideles, & postea habitabitur à fidelibus.

De istis vrbibus Palæstinorū ita loquitur, quia captæ & possessæ sunt à Iudæis, qui Babylone redierunt, vt vidimus [Soph. 2. & postea venerunt in potestatem Christianorum, & ita conciliantur isti duo propheta. Idem dicendum est de Tyro & Sidone, quas expugnauit Aristobolus Hyrcani filius, vt tradit Iosephus Gorionis. li. 4. hist. cap. 7. qui Aristobolus fuit de genere Machabæorum.

6 *Et sedebit separator in Azoto.* Christus ibi regnabit, non diabolus. Et dicitur *separator*, quia separabit bonos à malis in iudicio. ita Hiero. & nūc separat quosdam vocans ad fidem, alios ob peccata in infidelitate relinuens. Alij interpretes verterūt pro *Manzer alienus*. Filij Israel Christiani qui alieni, & erant, & censebantur ab Azo

tijs, habitabunt in ipsa vrbe.

*Et disperdam superbiam.* Reprimā arrogantiā Palæstinorū, qui putant se posse Euāgelio resistere. Vel, (vt ait Hiero.) cūm cōuersi fuerint, efficiuntur humiles.

*Et auferam sanguinem eius, &c.* Efficiam ne comedant sanguinem (vt veritē Chald.) & ne comedant carnes immolatas idolis; quas vocat *abominaciones*, id est, res valde abominabiles, quia immolatæ erant idolis; quæ in scriptura vocātur *abominaciones*, id est coalescent cum conuersis ex Iudaismo, quos ante oderant, & vnus populus fient cum illis, ideo enim conuersis ex gentibus hoc præceptum est Actorum. 15.

*Et relinquetur.* Saluabitur, vt reliquæ Israel.

*Et erit quasi dux in Iuda.* Non à me tractabitur Palæstinus, vt externus, sed vt vnus ex ducibus populi mei.

*Et Acazon quasi Iebuseus.* Id est, crescet Acazonites cum populo Dei in Ecclesia, sicut Iebuseus mansit cum filijs Israel in Ierusalem.

*Et circumdabo domum meam.* Ecclesiā meā circumdabo doctoribus, qui eam tueantur ab hostium incurribus; vel, etiam angelis custodientibus. Vterque sensus est Hiero.

In Zacharia Cap. IX. 411

Qui militant mihi euntes & reuertentes. Qui mihi deseruiunt, facientes quidquid iubeo. Phrasis Hebr. est.

Et non transibit super eos ultra exactor. Non dominabitur Diabolus ecclesie meae. Exactor est tyrannus, qui magna tributa imponit, & crudeliter exigit. Diabolus pro tributo exigit peccata.

Quia nunc vidi in oculis meis. Id est, decreui vos aspicere, & vestri misereri.

9 Exulta satis. Hæc exposita sunt Soph. 5. & Zach. 8. in principio.

Veniet tibi. In die Palmarum.

Iustus, Vt te iustificet per suum sanguinẽ,

Saluator. Vt te ab hostibus tuis liberet.

Pauper. Id est, mansuetus, vt dixerunt LXX. & Matth cap. 21.

10 Et disperdam quadrigam. Non erunt bella, sed summa pax tempore Euangelij, non solum in Iudæa, sed etiam in decem tribubus, id est, in ijs qui ex illis conuertentur,

Loquetur pacem gentibus. Pacificè, & amicè eis loquetur; hortabitur eos per Euangelij prædicationem, vt secum pacem ineant.

A mari vsque ad mare. A mari rubro vsque ad mare Palæstinorum; qui erant termini Israelitarum vsque ad flumen, scilicet, Euphra-

Euphratem, id est, non solum domina-  
bitur in terra Israelitis promissa usque ad  
flumen, sed inde etiam extendet impe-  
rium versus omnes nationes. *a fluminibus*  
accipit pro *a flumine* vel dicit *a flumine* (vt est  
in Hebræo) pro *a fluminibus*, vt includat ter-  
minu Meridionalé, qui est fluuius Ægypti;  
& septentrionalem, qui est Euphrates.  
Genes. 15. *semini tuo dabo terram hanc a fluuio*  
*Ægypti usq; ad fluuium magnum Euphratem.*  
11 *Tu quoque. Et tu vt LXX.*

*In sanguine testamenti tui.* Virtute sangui-  
nis foederis, per quem reconciliasti Deo  
genus humanu, & inimicitias dissoluisti.

*Vinctos tuos.* Qui in te sperabant, & in te  
crediderant.

*De lacu in quo non est aqua.* De profundo car-  
cere, vnde exire nullo modo poterant, ni-  
si per te. Hoc intelligitur de patribus lim-  
bi. Ita Hiero. S. Thom. 3. p. q. 52. ar. 1. Lyra,  
Vatab. Stunica. Et generaliter de omni-  
bus, qui in captiuitate peccati tenebatur,  
vt ait Augustinus de ciuitate. 18 cap. 35. &  
Theodor. & Montan.

12 *Conuertimini ad munitionem.* O iusti, qui  
estis in limbo, conuertimini ad habitatio-  
nem munitam paradisi, quia hodie vobis  
promitto per prophetam meum, me multo

maio-

maiolem lætitiã vobis ibi redditurum; quã fuit labor limbi. O vincti qui speratis solutionem vinculorũ in Christi aduẽtu, conuertite oculos ad illam felicitatem, vt præsentem captiuitatem leuius feratis. Ita fere Hieron. Secundus fensus; o vincti conuertimini ad habitationem munitam Ecclesiarũ, siue ad ipsum, qui est protectio suorum; reddã vobis etiam hinc multo maiora ijs quã pro Christo reliquistis. *Vincti spei*, id est, sperãtes quomodo Hag. 2. Christus dicitur desideratus cunctis gentibus. vel; *Vincti sperati*, quorum libertatem sperauerunt prophetæ, qui de vocatione gentium locuti sunt. Itaque omnes homines alloquitur.

13 *Quoniam extendi mihi Iudam.* Ita erũt omnia quã dixi de vocatione gentium; quoniam assumpsi mihi *Iudam*, id est, Apostolos, & electos ex illo populo prædicatores, tãquam arcum quẽdam, ex quo sagittas verbi mei mittam ad gẽtiles & eos mihi subiiciam Apoc 6. vers. 17.

*Implemi Ephraim.* Implere manum arcu dicitur qui arcum tendit. 4. Reg. 9. *porro Iehu tetendit arcum manu.* Hebr. & *Iehu impleuit manum suam in arcu.* Ita etiam LXX. Ait ergo Ephraim erit manus mea ad sagittandum; implebo

implebo Ephraim arcu, aut, implebo manū Ephraim vt arcu. Loquitur de hominibus decē tribuum relictis, cā duabus tribubus,

*Et suscitabo filios tuos sion.* Fortiores erūt omnibus sapientibus gentilium, & eos Euangelio subiicient.

*Quasi gladium fortium, Vt vincas, & occidas, & subiicias tibi omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei.*

14 *Super eos videbitur, Pugnans pro eis.*

*Et exibit vt fulgur iaculum eius.* Chald. & verba eius egrediētur quasi fulgura, id est subito coruscabunt, & mundum in admirationē conuertent.

*Et Dominus Deus in tuba canet.* Aduersus eos prælium instruēs, & aciem ordinabit.

*Et vadet in turbine Austri.* Magno imperu in eos feretur, vt turbo ab Austri parte excitatus.

15 *Et deuorabunt.* Consumant hostes suos.

*Et subiicient lapidibus funda.* LXX. & obruent eos lapidibus funda. Sunt enim in bello etiam fundibularij. *Lapides funda*, id est fortiter iactati, sunt ipsa verba scripturæ, & quæ intus Deus docet, iuxta illud Lucę. 21.

*Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere.*

resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.

Et bibentes inebriabuntur quasi a riuo. Bibent sanguinem hostium suorum (vt verterunt L. X. X.) sicut vinum, id est copiosè eum effundent, & cum auiditate, & erunt toti pleni sanguine eorum. Ita erunt multi occisi, sicut phialæ quibus excipitur sanguis victimarum, & sicut cornua altaris, super quæ sanguis ille funditur, Iei. 4. & 16. id est, magnos triumphos habebunt, innumeros vincunt, & subiicient Euangelio.

16 Et saluabit eos Dominus Deus eorum, sicut oues. Maxima curâ eos liberabit à periculis, vt pastor oues. Cùm eos assimilat ouibus, docet tacitè non pugnatos esse armis carnalibus, sed verbo Dei, & mansuetudine.

Quia lapides sancti eleuabuntur. Hos proteget, quia sunt lapides viui, ex quibus ædificanda est ecclesia. Lapidés eleuâtur vt superædificentur Christo lapide viuo. Quasi dicat. Crescet ædificiû, egregij lapides ei accedant. In Heb. pro lapides sancti est lapides Nezer, id est, coronæ, siue diadematis, id est, erunt apud Deum in magno pretio, & diligèter seruabuntur, vt lapides diadematis, super terram eius, id est in ecclesia.

17 *Quid enim bonū eius est?* Id est, quid boni habet Deus maius eo; quod dat hominibus, vt sancti fiant; dat enim eis frumentū electorum, panem cælestem, quo confirmantur, & lapidei reddantur ad tentationes, & persecutiones ferendas. *Et vinum geminās virgines*, id est, miram castitatem corporis, & animæ efficiens; non vt illud de quo Ephes. 5. *Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Quasi dicat non est mirum tunc lapides sanctos eleuari.

### Caput X.

**D**Etite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbam in agro. 2 Quia simulacra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra: vanè consolabātur: idcirco abducti sunt quasi grex, affligentur: quia non est eis pastor. 3 Super pastores iratus est furor meus, & super

super hircos visitabo : quia visitauit  
Dominus exercituum gregem suum  
domū Iuda , & posuit eos quasi equū  
gloriæ suæ in bello. 4 Ex ipso an-  
gulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus  
prælij, ex ipso egredietur omnis exa-  
ctor simul. 5 Et erunt quasi fortes,  
cōeulcantes lutum viarum in prælio:  
& bellabunt, quia Dominus cum eis:  
& confundentur ascēsores equorum,  
6 Et confortabo domum Iuda, & do-  
mum Ioseph saluabo : & conuertam  
eos, quia miserebor eorum: & erunt si-  
cut fuerunt quando non proieceram  
eos: ego enim Dominus Deus eorum,  
& exaudiā eos. 7 Et erunt quasi for-  
tes Ephraim, & lætabitur cor eorum  
quasi à vino: & filij eorū videbunt, &  
lætabuntur, & exultabit cor eorum in  
Dño. 8 Sibilabo eis, & congregabo  
illos, quia redemi eos: & multiplicabo  
eos sicut antè fuerant multiplicati.  
9 Et seminabo eos in populis, & de-  
longe recordabuntur mei: & uiuent  
cum filijs suis & reuertentur. 10 Et

reducam eos de terra-Ægypti, & de Assyrijs congregabo eos: & ad terrā Galaad & Libani adducā eos: & non inuenietur eis locus. 11 & transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & cōfundentur omnia profunda fluminis: & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet.

12 Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt: dicit Dominus.

**P**erite à Domino pluuiam. Prosequitur quod agebat de bonis à Deo præstandis tempore nouæ legis. Et loquitur omnibus hominibus, vt petant a Deo pluuiam ferotinam, siue quæ danda erat tempore ferotino; id est, doctrinam Euangelicā, qua arida totius terræ facies, erat irriganda. Pluuia matucina fuit doctrina Moysis.

*Et Dominus faciet niues.* Pagnin. & Diction. Complut. tradunt legendum esse *nubes*. Vocat autem *nubes* Apostolos, qui hanc cælestem pluuiam in terram effuderunt. Eadem ratione vocat eos *niues*, quia pleni, & onusti erant ista pluuiam & aduentu suo ardorem concupiscentiæ in hominibus

bus

bus refrigerauerunt, & hac ratione hominibus vtilis, Deo gratissimi fuere. Prouer.

25. *Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animum ipsius requiescere facit.*

*Et pluuiam imbris.* Non qualemcunque pluuiam, sed imbream, id est, vehementer, & largè, totam terram, irrigantem. Verbum dabit potest cum his iungi, aut etiam cum præcedentibus.

*Singulis herbarum in agro.* Efficiet vt singulorum agri fertiles sint. Tolle omni ex animis sterilitatem.

2 *quia simulacra locuta sunt inutile.* Petite ò mortales à Deo istam doctrinam; nam idola vestra decipiunt vos, nihil vos docere possunt quod salutare sit.

*Diuini viderunt.* Ad est, prophetabant.

*Et somniatores locuti sunt frustra.* Frustra sua somnia aperiebant coniectoris, quia vel nullam ab eis solutionem accipiunt, vel falsam & inutilem.

*Vanè consolabantur,* Prædicentes vobis læta, cum nihil prædicere possent quod vobis vtile esset ad salutem.

*Abducti sunt quasi grex.* Ab huiusmodi magistris, quasi captiui, ducti sunt in varios errores, & in nefarias superstitiones.

3. *Affligentur, quia non est eis pastor.* Misere lacerabuntur à vitijs, & à Diabolo, quia non habent pastores, sed impostores.

3. *Super pastores iratus est furor meus.* Istos eorum magistros ego puniam, & suo honore spoliabo. Adducam enim homines ad Euangelium, & ipsi sine honore relinquentur.

4. *Et super hircos visitabo.* Eosdem vocat hircos, quia foetidis moribus; & inutiles, & reprobi sunt. Nec vocat hœdos, sed hircos, quia duces erant cæterorum.

*Quia visitavit Dominus.* Quia redūdat more Hebr. sensus est, Dominus decreuit benefacere populo suo.

5. *Et p. sicut eos quasi equum glorie sue.* Utetur eis, ut duces uti solent equis bellatoribus, & acies rumpentibus, ut pugnet contra infideles, & eos subijciat Euangelio. *Equū glorie sue*, id est, equum suum gloriosum, id est, decorum, ut LXX. Chald. *fortem*. Ita prædicatores Euangelij ornauit magnis donis.

6. *Ex ipso angulus.* Id est, rex Christus.

*Ex ipso paxillus.* E quo omnia dependent vasa ad ministerium domus; iste est Christus, e quo pendent omnes iusti casuri, & confringendi, nisi in ipso sustineantur.

Ex ipso arcus prælij. Id est, fortes viri ad bellandum, vel, verbum Dei ex hoc populo exiit ad gentiles.

Omnis exactor simul. Exactores vocat prædicatores cum libertate, & imperio docentes, & tributum ab hominibus exigentes, vt creatorem suum agnoscant, & colant.

Conculcantes lutum viarum in prælio, Id est, conculcantes hostium cadauera in prælio, vt lutum platearum, ita Chald.

Ascensores equorum. Aduersarij eorum, qui suis viribus confidebant.

6 Et confortabo dominum iuda. Has victorias habebunt, quia ego vires eis suggeram ad præliandum, ideo non debet videri difficile quod polliceor.

Et domum Ioseph saluabo. Id est, decem tribus adhuc in captiuitate positas ad Euangelium vocabo.

Et exaudiam eos. Propitius eis ero, quacunque in re auxilio meo indigebunt.

7 Et erunt quasi fortes Ephraim. Vnusquisque eorum qui sunt ex decem tribubus habebit insignem, & heroicam fortitudinem contra hostes Christi, & contra vitia.

Et letabitur cor eorum. Cum viderint victorias suas, & libertatem, quam in Christo fruuntur.

*Et filij eorum.* Eorum posteri videbunt eadem bona & magna lætitia afficientur.

*In Domino.* Non iam de rebus vanis, aut sæcularibus lætabuntur, sed de donis à Deo acceptis.

8 *Sibilabo eis.* Sibilabo eos euocabo, id est, exiguò sono, & penè insensibiliter congregabo eos de remotis regionibus ad Ecclesiam.

*Quia redemi eos.* Decreui eos liberare à captiuitate dæmonis, in qua nunc sunt.

9 *Et seminabo eos in populis.* Per varios populos eos dispergam, & multiplicabitur numerus credentium, vt semen fertili terre mandatum.

*De longè recordabuntur mei.* Etiam si sint in longinquis regionibus, ibi me colent.

*Et venient cum filijs suis.* Non erit captiuitas, quæ eos à filijs suis separet. Vel potius, Viuent vita gratiæ ipsi, & eorū filij ab eis edocti, & eorum discipuli.

*Et reuertentur.* Quotidie ad me reuertentur multi, dum alter alterum ad Euangelium adducere studet.

10 *Et reducam eos de terra Ægypti.* Solum omnem eorum captiuitatem, nemo eis poterit obstare quin ad me veniant. Decem tribus partim apud Assyrios erant, partim in Ægy.

*Ægyptum fugerant. Hof. 8. & 9.*

*Et ad terram Galaad, & Libani adducam eos.*  
Id est ad terram suam. Nam decem tribus protendebantur vsque ad Libanum, & etiã tenebant terram Galaad. Significat autem celestem beatitudinem, cuius ista terra figura erat.

*Et non inuenietur eis locus.* Scilicet, in terra Ægypti, & Assyriorum, id est, non erunt ibi, omnes veniẽt de captiuitate. LXX. non relinquetur vllus ex eis.

11 *Et trãssibit in maris freto.* Scilicet, Ephraim id est decem tribus transibunt freta, quæ ob maris cõtinuos ẽstus, difficillimã habẽt nauigationẽ, ipsi tamẽ omnia superabunt.

*Et percutiet maris fluctus.* Siftẽt, & sedabũt maris fluctus, vt olim Moyse virga percussit mare rubrum, ita ipsi superabũt omnia pericula.

*Et confundentur.* Arescent, vel, erubescẽt, cum viderint cursum suarum aquarũ impediri, donec transeant Israelitæ, vt olim accidit Iordani.

*Et humiliabitur superbia Assur.* Cũ ad sua præmia vocabuntur iusti, tunc eorum hostes non habebũt vltra in eos ius, sed puniẽtur à Deo, eo q̃ electos iniuria affecerint.

12 *Confortabo eos in Domino.* Hoc est virtute

424 In Zachariae Cap. XI.

Dñi, id est, auxilio meo. Et idē significat cū dicit, *in nomine eius*. Ego illis opem feram, vt possint totum iter suæ peregrinationis conficere, & ad cælestem patriam peruenire.

Caput XI.



1 **A**peri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. 2 Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succissus est saltus munitus. 3 Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorū: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. 4 Hæc dicit Dominus Deus meus, Pasce pecora occisionis, & quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant: & vendebāt ea dicentes, Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pastores eorum non parebant eis. 6 Et ego non parca vltra super habitantes terram, dicit Dominus: ecce ego tradam homi-

homines, vnum quenque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & non eruam de manu eorum. 7 Et pascam pecus occisionis, propter hoc o pauperes gregis: & assumpsi mihi duas virgas, vnam vocavi Decorem, & alteram vocavi Funiculum: & pavi gregem. 8 Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variauit in me. 9 Et dixi, Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur, & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. 10 Et tuli virgam meam, quae vocabatur Deus, & abscidi eam, vt irritum facerem foedus meum quod percussi cum omnibus populis. 11 Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est. 12 Et dixi ad eos, Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem

cedem meã triginta argenteos. 13 Et dixit Dominus ad me, Projice illud ad statuarium decorum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domum Domini, ad statuariũ. 14 Et præscidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. 15 Et dixit Dominus ad me, Adhuc sumetibi vasa pastoris stulti. 16 Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritũ non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungulas eorum dissoluet. 17 O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

Aperit

1 **A**peri Libane portas tuas. Per Libanum templum ex cedris confectum, & albū extrinsecūs, vt Libanum, intelligit, & per templum totam Ierusalem. Id est, eodem tempore, quo fient hęc quę dixi de vocatione gentium, tu aperies portas tuas militibus Romanis, & vastaberis.

Et comedat ignis cedros tuas. Id est, principes ciuitatis, (qui inter ciues eminent, vt cedi inter reliquas arbores) cōsumentur, & exterminabuntur, quasi ab igne. Qui sint cedi exponit, cūm dicit magnifici (lxx. optimates) vastati sunt.

2 *Vlula abies.* Abietes dicit Hiero. esse sacerdotes, sunt enim abietes, altę arbores post cedros. *Vlula* igitur prę dolore. Si enim cedrus cecidit, tu, quę minor es viribus, quomodo poteris stare?

*Vlulate quercus Basan.* In Basan fertili regione trans Iordanem magnę quercus erant; significantq; diuites, & fortes viribus.

*Saltus munitus.* Vrbs munitissima Ierusalem, in qua erant prędictę arbores.

3 *Vox vlulatus pastorum.* Videor mihi audire vocem gubernatorum populi vlulātium.

*Magnificentia eorum.* Dignitas, opes, gloria.

*Vox rugitus leonum.* Quos vocauit pastores, vocat

Vocat nunc *leones*, vt ait Chald. & Hieron. ob rapacitatem, & crudelitatem.

*Quoniam vastata est superbia Iordanis.* Id est, quia Iordanis exaruit, & ipsi siti peribunt, id est, diripientur eorum diuitiæ. *Geon* est superbia, & fremitus decurrentis aquæ, vt ait Hierony. Fremitu enim illo, & copia aquarum videntur omnes superbire. lxx. *Quia miser factus est fremitus Iordanis.*

5 *Pasce pecora occisionis.* Id est, occidenda, siue occisioni destinata, cum venerint Romani. Verba sunt patris ad Christum, & Christus toto isto capite loquitur. Ipse fuit prædicator Iudæorum, eosque regere iubetur, si quomodo deuitare valeant tantam cladem sibi paratam.

*Qui possederant, occidebant.* Eorum gubernatores occidebant has oues, vt comederent, & vendebant, vt ditiores fierent Ierem. 23. & Ezech. 34. *Uæ pastoribus Israel.*

*Et non debebant.* Id est, non putabant se peccasse lxx. *Non agebant penitentiam.*

*Dicentes, benedictus Dominus, quasi Deo gratias agentes, q̄ sine peccato ditati essent.*

*Et pastores eorum non parcebant eis.* Id est, cum ipsi essent pastores, tamen non eis ignoscebant. Ita dictum, vt apud Virgil. *Et fratrem ne deserere frater.*

6 *Et ego non parcam ultra. Sed neque ego ignoscam pastoribus, quia subditos deuorauerunt, neque subditis, qui à pastoribus subornati dixerunt: Tolle hunc & dimitte nobis Barabbam. LUC. 23.*

*Habitantes terram. Israeliticam. Hierony.*

*In manu proximi sui, id est, Romanorum. Vel, hoc dicit iuxta Hieronymum, propter seditiones, quæ fuerunt in Ierusalem obsessa à Romanis; de quibus Ioseph. lib. 5. de bello, cap. 2. & lib. 6. cap. 1. & 4.*

*Et in manu regis sui Cæsaris, ipsi enim dixerunt Ioan. 19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Ita etiam Rupert.*

*Et non eruam de manu eorum. Non erit temporalis hæc captiuitas, vt Babylonica, sed perpetua. ita Hierony.*

7 *Et pascam pecus occisionis. ò grex pusille eorum, qui in me credidistis; propter hoc, id est, quia ita vult pater, pascam hæc pecora occisionis, vt notum sit Deum nihil prætermisisse erga istos. Pauperes, id est, humiles & mansueti, qui non estis imitati superbiam Phariseorum.*

*Et assumpsi mihi duas virgas. Reddit rationem humilibus istis, quid fecerit cum populo isto, & cur eum dimiserit, quem tanto tempore amauerat.*

*Duas virgas.* Duos baculos pastorales nõ simul; sed vno cõfracto sumpsi alterum.

*Vnam vocavi decorem.* Hęc est regimẽ omnium gentium tempore Noe; vocatur *decor* (iuxta Hieronym.) quia decorum valde fuit, omnes homines à creatore omniũ vocari & regi.

*Alteram vocavi funiculum.* Hęc est regimẽ feminis Abrahę, quod erat funiculus, & portio Domini. Deut. 32. *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.* Postquam enim gentes defluerunt ad idola, reliquit illas Deus, & assumpsit in populum suum genus Abrahę.

8 *Et succidi tres pastores in mense vno.* Moyse, Aaron, & Mariam. Maria mortua est in deserto Sin; mense primo. Eodem mense mulctati sunt sententia mortis Moyse, & Aaron, quia non crediderunt ad aquas cõtradictionis, Num. 20. Ita Hiero. & Rupert.

*Et contracta est anima mea in eis.* Continui me, non me effudi: quod est miserentis, id est, nolui eis ignoscere. Hoc de populo dicit, nõ de pastoribus, vt patet ex verbis sequentibus, & dixi non pascam vos.

*Siquidem & anima eorum variauit in me.* Id est, ipsi enim tædio mei affecti sunt, & inter me atque idola fluctuabant. Ita intelligit

git Hierony. licet de pastoribus quoq; intelligat, itaque abstulit illis pastores propter peccata ipsius populi.

9 Et dixi, non pascam vos. Hoc est quod dicitur Psal. 94. *Quadragesima annis offensus fui generationi huic: volui eos abijcere, & feci ut morerentur in deserto omnes qui exierat ex Ægypto à viginti annis, & supra, præter Iosue & Caleb, sed tamen populum ipsum non reieci penitus.*

*Quod moritur, moriatur.* Non erit mihi curæ vestra salus. Volo enim vos punire; qui in mortis periculum inciderit, aut in morbum, moriatur; ego non liberabo eum.

*Quod succiditur.* Qui ab hostibus vel à bestiis interficiuntur, interficiantur, ut illi qui perierunt à serpentibus. Num. 21.

Et reliqui. Qui his mortis generibus non confumentur, vulneribus fratrum suorum cadant, ut qui adorauerunt vitulum Exod. 32.

10 Et tuli virgam meam, quæ vocabatur decorus. Non solum non abieci hunc populū, cū esset abiectione dignissimus, sed potius simul atq; eos assumpsi, abieci ceteras nationes, ut iste esset mihi populus peculiaris. Ideò confregi virgā, quæ vocabatur decor,

aut *Decus*, quā omnes nationes pascebā, & irritū feci fœdus, quod cum eis inieram,  
 11 *Et cognouerunt sic pauperes gregis.* Iusti vi-  
 ri, qui semper inter illos fuerunt, cognouerunt semper hoc mysterium cum amore, & actione gratiarum, nempe consilium & voluntatem Dei esse, vt reiectis alijs populis, iste esset peculiaris populus Dei.

*Qui custodiunt mihi.* Qui in honorē, & obsequium meū custodiunt mandata, *Chald.*  
*Qui fecerunt voluntatem meam.*

12 *Et dixi ad eos.* Cū hoc semper iusti illius populi cognouissent, ego iam assumpta carne, inter eos versans, dixi eis.

*Si bonum est in oculis vestris.* Si vultis, si placeat vobis.

*Afferte mercedem meam.* Reddite mihi mercedem aliquam pro tam diuturna solitudine, & prouidentia vestri, & quia, cū essem omnium populorum Dominus, hoc tam angusto vnus populi funiculo contentus fui.

*Et si non, quiescite.* Si no. quereys, *dexadla.* Quasi diceret, nō cogam vos, cū sitis liberi arbitrii.

*Et appenderunt mercedem meam.* Loco mercedis, quam petebam, inierunt consilium, vt me occiderent, & in pretium sanguinis mei

mei dederunt Iudæ triginta argenteos.

13. *Proijce illud.* Fac, vt à Iuda ipso proiciatur isti argentei in templo.

*Ad statuarium.* Ad Deum, quia, sicut artifex ex ære, aut alia materia facit statuam, ita Deus ex materia quam creauit, formauit omnia corpora. Quasi diceret, tanquam Deus, qui nouit omnium pretiū, vt factor omnium, & nouit pretium animæ, & corporis Christi, videat an digno pretio æstimatus sit ab eis, id est, quanta iniuriâ Dominum affecerint & pro hac ignominia, ipsum honoret, & illos puniat.

*Decorum pretium.* Per ironiâ dicitur, quasi diceret, non maiori pretio me emendum putarunt.

14. *Et præcidi virgam meam,* qua, scilicet, populum hunc pascēbam. Nolui esse eorum pastor, postquam me triginta argenteis emerunt.

*Vt dissoluerem germanitatem inter Iudam, & Israel.* Olim populus non erat diuisus; in diuisione autem pars secuta domum Dauid, dicta est Iuda; secuta Ieroboam, & vitulos, dicta est Israel: ita Christus diuisit populum; & qui secuti sunt Dauid domum, id est, Christum, vocantur Iuda, qui manserunt in infidelitate dicuntur Is-

rael; ita cū populus iste abiectus est, quosdam ad se vocavit Christus, alios reiecit, & dissoluta est prior germanitas.

15 *Adhuc, sume tibi.* Prophetæ loquitur Deus, id est, post ea quæ nomine filij mei prophetasti, adhuc aliquid aliud hoc facto prophetare te volo.

*Vasa pastoris stulti.* Id est, impij, ea autem sunt, quæ pastoris utilitatibus de seruiant, quibus autem nihil profint, aut etiam nocent, vt baculus fortis ad percutiendum, gladius ad iugulandum oves.

16 *Quia ecce ego suscitabo pastorem.* Suscitari & vires ad regnandū assumere permittam. Iste est Antichristus, quem recipient Iudæi in pœnam cædis Christi.

*Qui derelicta non visitabit.* Id est, lassa, & ægrotantia pecora, quæ solent à pastoribus certo in loco relinqui, & postea ad ceterum gregem afferri.

*Contritum.* Id est, pecora habentia pedes, aut manus fractas, aut luxatas.

*Et id quod stat.* Quod subsistit & ambulare nequit, cui cibum afferri oportet, aut (iuxta lxx.) integras, & sanas oves.

*Et vngulas eorum dissoluet,* scilicet, forti ictu baculi diffindet eis vngulas, vt ambulare nequeant.

17 *O pastor & idolum.* ô pastor, qui non regis, sed peruertis populum, nec solùm imperare vis, sed adorari vt Deum.

*Gladius super brachium eius.* Vindicta Dei veniet super fortitudinem eius, vt ad nihilũ redigatur. 2. *Theff. 2. Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.*

*Et super oculum dextrum eius.* Amittet omnem prouidentiam in rebus administrandis; infatuabuntur eius consilia, ita vt omnia, quæ facere cogitabat, in nihilũ tandem recidant. Quod magis explicat sequentibus verbis.

## Capitulum XII.

I **Q**UOD DIXIT Dominus super Israel. Dicit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. 2 Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. 3 Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt

*inimè*

*Ecce 2*

*cum*

eum, concisione lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. 4 In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. 5 Et dicent duces Iuda in corde suo, Confortentur mihi habitatores Ierusalem in Domino exercituum Deo eorum. 6 In die illa ponam duces Iuda sicut caninum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno: & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu: & habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem. 7 Et saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio: ut nō magnifice gloriëtur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudā. 8 In die illa proteget Dominus habitatores Ierusalem, & erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid quasi Dei, sicut Angelus Domini

Domini in conspectu eorum. 9 Et erit in die illa: quæram conterere omnes gentes quæ veniunt contra Ierusalem. 10 Et effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum: & aspiciet ad me quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. 11 In die illa magnus erit planctus in Ierusalẽ, sicut planctus Adadremmon in campo Magdon. 12 Et planget terra: familiæ & familiæ seorsum: familiæ domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum: 13 familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorũ seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum.

14 Omnes familię reliquę, familię & familię seorsum,  
& mulieres eorum  
seorsum.

438 *In Zacharia Cap. XII.*

1 **O**mus verbi Domini super Israel, id est, prophetia cōtra eos qui persecūtur Ecclesiam, vt sumpsit Israel eūm dixit cap. 11. *Vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel.*

*Extendens cælum.* Qui tam potens est, vt cœlum quasi pellem, & velum quoddam super terram extenderit verbo suo.

*Et fundans terram.* Stabiliens, & collocans ita vt immobilis sit.

*Et fingens spiritum.* Vult docere se esse creatorem visibilium, & inuisibilium, & omnia in sua esse potestate, vt possit de omnibus facere quod volet.

2 *Eccc ego ponam Ierusalem superliminare crapule,* id est, ebrietatis, aut commotionis, ita vt qui venerint ad impugnandum Ecclesiam, mentem amittant, & insaniant, vt ebrij quibus superliminaria moueri videntur, & ipsi se simul moueri putantes, corruunt.

*Sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem.* Non solū vicinæ nationes obsidebunt Ierusalem, id est, nitentur euertere Ecclesiam, sed ipsi etiam Iudæi contribules suos Apostolos magnis odijs persequentur, & cæteros filios Ecclesiæ.

3 *Ponam Ierusalem lapidem oneris.* Omnes populi

puli volēt experiri suas vires in persequēda Ecclesia, sicut in vrbibus Palēstinæ, & Iudææ iuuenes immanem lapidem tollunt in altum quisque pro suis viribus, experiēdi roboris causa.

*Omnes qui leuabunt eum.* Omnes, qui eam persequentur, vulnerati manebunt, & à Deo affligētur, sicut qui tollunt lapidem, lacerantur in manibus, aut in alijs corporis partibus.

*Et colligentur aduersus eam omnia regna terre.* Id est, cū hoc ita fit, tamen non erit populus, qui non aliquando Ecclesiam persequatur.

4 *Percutiam omnem equum in stuporem.* Tunc percutiā plaga maxima omnes persecutores Ecclesiæ in stuporem, id est, ita vt omnes stupeant qui eos percussos viderint. Hieronymus.

*Et ascensorem eius in amentiam.* Hieronymus. malorum premente magnitudine, vertentur in amentiam. Potest etiam legi in *stupore & amentia*. Solent enim victi stupere, & amentia opprimi ignorātes in prælio, quò se vertant, aut in quem locum se recipiāt. Per equos intelligit adiutores, & instrumēta, atque artes nocendi.

*Et super domū Iuda aperiam oculos meos.* Cū

tot aduersarij in Ecclesiam irruent, ego illam aspiciam, vt protegam.

*Et omnem equum populorum percussam cecitate.* Iterum repetit ad maiorem confirmationem. Faciã vt nõ possint vti auxilijs, & artibus, quas contra Ecclesiam excogitauerant. Nihil enim potest in prælio facere eques si equus excæcetur.

5 *Et dicent duces Iuda in corde suo.* Apostoli & eorum successores principes Ecclesiæ, in medio periculorum spem suam in Deo reponent, & intra se Deũ orabunt, vt confirmet fideles, quo pugnent generosè aduersus tyrannos, & aduersus hæreticos.

6 *Penam duces Iuda sicut caminum ignis.* Non minuetur persecutionib<sup>9</sup> Ecclesia, sed augetur prædicatoribus, eius vicinos populos conuertentibus ad fidem & cælestis verbi facibus succendentibus eorũ corda.

*Et habitabitur Ierusalẽ rursum in loco suo.* Per hos prædicatorum recuperabit Ecclesia vrbes, & puincias, quas amiserat, & iterũ habitabitur in locis, quib<sup>9</sup> antea habitabatur.

7 *Et saluabit Dñs tabernacula Iuda.* Particulares Ecclesias per terras gentiliũ dispersas, vt olim tabernacula Hebræorum dispersa per desertũ, proteget Dñs ab omnibus hostibus, sicut & illa tabernacula protexit.

*Ut non magnificè gloriatur domus David. Ita proteget, ut principes Ecclesiæ, & primores eius nequaquã possint gloriari sua opera id factum esse. Videbunt enim mirabili Dei consilio esse factum.*

8 *Et erit qui offenderit ex eis. Tanta erit Deo cura protegendi filios Ecclesiæ, cum illa persecutionibus infestabitur, ut qui tunc dolis hæreticorû, aut metu pœnarum ceciderit, resurrecturus sit cautior, & feruentior, ut David.*

*Et domus David. Principes Ecclesiæ, & Episcopi erunt, sicut familia Dei, id est, heroicis virtutibus præditi, deniq; sicut angelus in conspectu Christianorum; imitabuntur enim vitam angelorum.*

9 *Quæram conterere. Semper mihi curæ erit conterere omnes hostes Ecclesiæ, ut nullo tempore in eam præualeant.*

10 *Et effundam super domum David. Ut hoc fiat, quod polliceor, dabo copiosè Ecclesiæ meæ spiritum sanctum, quo mihi semper grata sit, & placita mihi faciat.*

*Spiritum gratiæ & precum, id est orationis ut nunquam sibi confidat, sed etiam in minimis quibusque ad opem Dei confugiat, eamque per supplicem orationem obtineat.*

*Et aspicient ad me, quem confixerunt. Loquitur*

442 *In Zacharia Cap. XII.*

tur hîc de pœna infidelium Iudæorum; Cùm venero ad iudicium, videbunt me, quem oderunt, quem per militem lancea confoderunt. Ex Apoc. 1. & ex multis autoribus.

*Et plangent eum planctu.* Plangent eius mortem, propter æterna mala inde sibi consecuta.

*Quasi super vnigenitum.* Luctu magno, qualis solet esse cùm lugetur vnigenitus, aut primogenitus, qui erat columen totius familiæ.

11 *In die illa erit magnus planctus in Ierusalem.* Hadadremmon vrbs iuxta Iezrael in campo Maggedon, ibi mortuus est Iosias, & ploratus ab vniuerso populo. Paralip. 35. ita tunc in Ierusalem in valle Iosaphat, vbi fiet iudicium, erit magnus planctus reproborum Iudæorû propter mortem Christi, ratione iam dicta.

12 *Et planget terra.* Plangent omnes reprobi Matth. 24. Apoc. 1.

*Familie & familie seorsum.* Id est, multæ familiæ separatæ inter se sicut in magnis calamitatibus fieri solet, vt seorsum viri plangent, seorsum foeminæ.

*Familie domus David seorsum.* Nominat familias, quæ autoritate aut potestate præcipue

cipuæ fuerunt in morte Domini patran-  
da. Hæ sunt familiæ David, id est, tribu<sup>s</sup>  
Iuda primores ex Ierosolymitanis, fami-  
lia Nathan, in qua Prophetæ fuerant, fa-  
milia Leui, ex qua erant Pontifices, & sa-  
cerdotes, familia Semei, ex qua erant scri-  
bæ, & Pharisei, vt hic ait Hiero. & Quæst.  
10. ad Algasiam & Isaia. 8. Reliquas ta-  
cuit, quæ non habent aliquod priuilegiũ  
dignitatis.

Capitulum XIII.

I



N die illa erit fons patēs  
domui David & habitā-  
tibus Ierusalem: in ablu-  
tionē peccatoris & mens-  
truatæ. 2 Et erit in die illa, dicit Do-  
minus exercituum, Disperdam nomi-  
na idolorum de terra, & non memora-  
buntur vltra: & pseudo-prophetas, &  
spiritum immundum auferam de ter-  
ra. 3 Et erit: cum prophetauerit qui-  
spiam vltra, dicent ei pater eius & ma-  
ter eius qui genuerunt eum, Nō viues,  
quia mendacium locutus es in nomi-

ne Domini : & configent eum pater eius & mater eius, genitores eius cum prophetauerit. 4 Et erit in die illa, confundentur prophete vnusquisque ex visione sua cum prophetauerit, nec operientur pallio saccino, vt mentiantur: 5 sed dicet: Non sum propheta, homo agricola ego sum: quonia Adā exemplum meū ab adolescentia mea: 6 Et dicetur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. 7 Phramea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentē mihi, dicit Dominus exercituum: percutite pastorem, & dispergentur oues: & conuertam manum meam ad paruulos. 8 Et erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duæ in ea disperdentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. 9 Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Iple vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum

eum. Dicam, Populus meus es, & ipse dicet; Dominus Deus meus.

1 **I**n die illa. More prophetarum à secundo aduentu Christi transit ad primum iterum, & per, in illa die copulat tempora multum inter se disiuncta more scripturæ.

*Erit fons patens.* Iste est Christus, ut ait Grego. Hom. 20. in Ezechiel. & lib. 6. Ep. cap. 186. Ioh. 7. *si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Dicitur fons propter spiritum quem dedit, propter baptismum, & cætera sacramenta quibus homines abluit, propter doctrinam cælestem, quæ suo modo etiam purificat. Ioh. 15. *iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.*

*In ablutionem peccatoris.* Id est, populi Iudæorum qui habuit legem Dei, & eam transgressus est.

*Et menstruata.* Id est, gentilitatis, quæ sanguine peccatorum sivebat.

2 *Disperdam nomina idolorum.* In prædicatione euangelii cessauerunt oracula, pseudo prophetæ, & spiritus immundi ex animis & corporibus eiectioni sunt apud Iudæos, & apud Gentiles.

3 *Et erit, cum prophetauerit quispiam.* Tanta religione Deum colent, ut si falsus doctor surre-

surrexerit, eum vel sui parentes cōfigant;  
*Le alancearan.*

*Non viues.* Non parcemus tibi, occideris.

*In nomine Domini,* Id est, quasi à Deo missus, & eius autoritate loquens.

4 *Confundentur prophetae,* Scilicet, cū viderint non recipi suas prophetias, & sua dogmata, sed se potiùs contumelijs, & plagis affici.

*Nec operientur pallio saccino.* Hebr. Pallio villosa, ex pilis, scilicet, contexto. Huiusmodi pallijs utebantur prophetae. Non utetur pallio propheta ad mentiendum, & ad decipiendum populum.

5 *Non sum propheta.* Timore ignominiae, & plagarum dicit, *non sum propheta ego, sed agricola.*

*Adani exemplum meum.* Hebr. *Hicnani* possidere me fecit, scilicet, agrum, ut eolerem, ille me docuit esse agricolam, ab adolescentia mea decreui imitari Adam, qui in sudore vultus sui terram colendo, vescebatur pane suo: non profero noua, vetera sunt quae sequor, & ab ipso Adam vsitata.

6 *Et dicetur ei.* Postquam dixit, erit fons patens, &c. & per parentes in cætera interposuit, nunc redit ad fontem, id est, ad Christum: Mirabuntur qui eum pati viderint

rint, & dicent ei, id est, Christo; Quomodo cum sis fons, & homines doceas, atque emundes: video in tuis manibus plagas?

*In domo eorum, qui diligebant me, in populo illo in quo multos habere solebā, qui me diligerent, & quem ego diligebam. LXX. in domo dilecti mei.*

7 *Phramea suscitare. Id est, gladius suscitabitur, hoc est mors, & persecutio. Ostendit se eas plagas pati, quia pater ista præordinavit ad salutem hominum.*

*Cohærentem mihi. Coniunctum mihi, & coræ qualem quatenus Deus est.*

*Percute pastorem. Percutietur pastor, si nam eum comprehendi, & crucifigi. Dominus de se explicuit Matth 27.*

*Et dispergentur oves. Fugient præ timore discipuli.*

*Et conuertam manum meam ad paruulos. Non relinquam discipulos meos, sed iterum eos ad me vocabo post resurrectionē. Paruulos vocat eos, id est, humiles & pauperes, aut propter pusillanimitatem, qua exterri ti Dominum suum deseruerunt.*

8 *Et erunt in omni terra partes duæ. Id est, duo populi, alter Iudæorum, alter Gentilium. Isti peribunt, quia in eis omnes ferè declinauerunt, simul inutiles facti sunt, &*

ex istis duobus relinquetur, id est, saluabitur cæteris pereuntibus, *tertia pars* vel fors, id est tertius populus, qui est populus Christianus, qui ex illis repente succreuit. Ita Hiero.

*Dispergentur.* Ita legi in Complutensi codice & in regio, sed mendosè; castigatiora exemplaria habent; *Disperdentur.* Quod etiã inueni in quodam manu scripto. In Hebræo, *licarethu.* Id est, succidentur.

9 *Et ducam tertiam partem per ignem.* Hunc populum saluandum exercebo, & probabo tribulationibus varijs, vt fiat quasi aurum mundum.

*Ipse vocauit nomen meum.* Iste populus inuocabit me, credens in me, & à me solo omnia bona expectans.

*Populus meus es.* Legendum *populus meus est,* vt patet ex Hebr. ex. LXX.  
ex Chal.

Cap.

Capitulum XIII.

**E**cce venient dies Domini, & diuentur spolia tua in medio tui. 2 Et congregabo omnes gentes ad Ierusalem in praelium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. 3 Et egredietur Dominus, & praeliabitur contra gentes illas sicut praeliatus est in die certaminis. 4 Et stabunt pedes eius in die illa super Montem oliuarum, qui est contra Ierusalem ad Orientem, & scindetur Mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem praeceptu gradi valde, & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem. 5 Et fugietis ad vallē montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum: & fugietis sicut fugistis à facie terræ.

ff motus

motus in diebus Ozia regis Iuda: &  
 veniet Dominus Deus meus omnes-  
 que sancti cum eo. 6 Et erit in die il-  
 la: non erit lux, sed frigus & gelu.  
 7 Et erit dies vna quæ nota est Do-  
 mino, non dies neque nox: & in  
 tempore vesperi erit lux. 8 Et erit  
 in die illa: exibunt aquæ viæ de Ie-  
 rusalem: medium earum ad mare oriẽ-  
 tale, & medium earum ad mare no-  
 uissimũ: in æstate & in hyeme erunt.  
 9 Et erit Dominus rex super omnem  
 terram: in die illa erit Dominus vnus,  
 & erit nomen eius vnũ. 10 Et reuer-  
 tetur omnis terra vsq; ad desertum, de  
 colle Remmon ad Austrũ Ierusalẽ: &  
 exaltabitur, & habitabit in loco suo: à  
 porta Ben-iamin vsque ad locum por-  
 tæ prioris vsque ad portã angulorum:  
 & à turre Hananeel vsque ad torcula-  
 ria regis. 11 Et habitabunt in ea, &  
 anathema non erit amplius: sed sede-  
 bit Ierusalem secura. 12 Et hæc erit  
 plaga qua percutiet Dominus omnes  
 gẽtes quæ pugnaverunt aduersus Ie-  
 rusalem

Ierusalem. Tabescet caro vniuscuiusque  
stantis super pedes suos, & oculi eius  
contabescent in foraminibus suis, &  
lingua eorum contabescet in ore suo.

13 In die illa erit tumultus Domini  
magnus in eis: & apprehendet vir ma-  
num proximi sui, & conseretur ma-  
nus eius super manum proximi sui.

14 Sed & Iudas pugnabit aduersus  
Ierusalem: & congregabuntur diuitiæ  
omnium gentium in circuitu, aurum  
& argentum & vestes multæ satis.

15 Et sic erit ruina equi & muli & ca-  
meli & asini, & omnium iumentorum  
quæ fuerint in castris illis, sicut ruina  
hæc.

16 Et omnes qui reliqui fuerint  
de vniuersis gentibus, quæ venerunt  
contra Ierusalem, ascendent ab anno  
in annum, vt adorent regem Dominũ  
exercituum, & celebrent festiuita-  
tem tabernaculorum.

17 Et erit: qui  
non ascenderit de familijs terre ad Ie-  
rusalẽ, vt adoret regem Dñm exerci-  
tuũ, nõ erit super eos imber. 18 Quod  
etsi familia Egypti nõ ascenderit, &

non venerit: nec super eos erit, sed erit ruina qua pereuntiet Dominus omnes gentes quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. 19 Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc peccatum omnium gentium quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. 20 In die illa erit quod super frenum equi est sanctum Domino: & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari. 21 Et erit omnis lebes in Ierusalem & in Iuda sanctificatus Domino exercituum: & veniēt omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis, & non erit mercator ultra in domo Domini exercituum in die illo.

**E**cce venient dies Domini. Loquitur de perditione vnius partis, id est, populi Iudeorum vastati à Romanis. Hunc vocat diem Domini, in quo Dominus potentiam suam ostendit, & de hostibus suis vltionem sumpsit.

*Et diuidentur spolia tua in medio tui. Capta vrbe nullos timebunt hostes superuenturos, & ideo non foris, sed in ipsa vrbe di-*

vident Romani spolia. *Et congregabo omnes gentes.* Id est exercitū Romanorum ex varijs nationibus congregatum.

*Et vastabuntur.* Hæc & multò grauiora passi sunt, cū eos vicerunt Romani, vt patet ex Iosepho.

*Et egredietur media pars ciuitatis.* Fuerunt enim captiui nonaginta septem millia. Ioseph lib. 7. de bello cap. 17. Hi autem magna ex parte fuerunt ex vrbe qui diutiùs vixerunt, quàm exteri, quia habebant maiorem copiam cibariorum.

*Non auferctur ex vrbe;* Quia ibi peribit fame & bello, & peste.

*Et egredietur Dominus & preliabitur.* Hinc agit de perditione secundæ partis, id est, gentilium. Sensus est: pugnabit contra Romanos gladio verbi sui.

*Sicut preliatus est in die certaminis,* Cū demersit Ægyptios in mare Exod. 14 & vixit populus Dei; ita Christiani seruabuntur, & peribunt sacerdotes idolorum, & omnis infidelitas.

*Et stabunt pedes eius.* Mons oliuarum Ecclesiam gentium significat, ex qua magnus fructus erat percipiendus; stabit igitur Dominus super illū, cū prædicabitur Euangeli-

geliū & scindetur in duas partes, id est maxima mutatio fiet in gētilitate; recipiet enim Euangeliū, & mutabitur, & subiiciet se illi. Tūc in illa voragine fiet altera in Aquilonem, & in Austrū, vt ait Hiero. Quod significat Euangeliū recipiendum esse in quatuor partibus mundi. Si autē dicamus vnā tantū voraginē esse factā, & postea vnū latus montis versum esse ad Aquilonē, alterū ad Austrū, vorago illa significat, quod dictū est, & hæc versio significat ex ijs qui conuertuntur, quosdam esse futuros saluos, quosdam damnandos.

5 *Et fugietis ad vallem montium meorum.* Ita legendum est, non eorum, id est, cum recipient gentes Euangelium, vos Iudæi increduli non recipietis illud, sed manebitis in vestra infidelitate, & fugietis in vallem quæ est inter montem Sion, & montē templi, qui dicuntur montes Dei, vt ait Hiero. quoniā Iudæi non præcul fugerūt ad idolatriā, sed in valle proxima manserunt, id est in vmbra veteris testamenti, & in ceremonijs illis olim à Deo traditis, & in hac valle saluos se futuros putant.

*Quoniam coniungetur vallis montium,* id est, vorago illa mōtis Oliueti quæ dicitur *vallis montium*, quia hinc inde præruptis mōtib;  
bus

bus cingitur, perveniet vsque ad proximum, scilicet montem, id est, vsque ad montem templi. Ita Hierony: hoc est, illa vorago erit maxima, ideo vos fugietis.

Et fugietis sicut fugistis. Terræmotus maximus tempore Oziæ fuit figura huius, & fuga in illo figura huius; de qua nunc agimus; ideo illius meminit. De eo diximus Hamos. 1. in principio.

Et veniet Dominus Deus meus. Putabitis vos tutos esse; at Christus, quem fugiebatis, veniet aliquando ad iudicandum; & tunc minimè fugere poteritis, sed pœnas dabitis infidelitatis vestræ.

6 In die illa non erit lux. Non poteritis fugere: omnia vobis obtenebrescent, & erit aspera hyems, & gelu quod fugam vobis impedit, id est, nullo modo poteritis fugere Matth. 24. orate ne fiat fuga vestra hyeme.

7 Et erit dies vna, Id est, dies iudicij, qui soli Domino notus est.

Non dies. Corripit se quasi dicat; nec propriè erit dies, neque propriè nox, quia brevissima mora iudicium fiet.

Et in tempore vesperi erit lux. In fine huius diei erit sanctis lux indeficiens, id est, beatitudo corporis & animæ.

8 *Et erit in die illa, exhibūt aque.* Redit ad id quod agebat de reiectione Iudæorum, & vocatione gentium. Aquæ istæ sunt doctrina Euangelica, quæ exit ex Ecclesia vt totum orbem irriget *Isai. 11. Repleta est terra scientia Domini sicut aquæ maris operientes.*

*Medium earum ad mare Orientale.* Dispergetur ista doctrina per totum orbem, ad dexteram, & ad sinistram, ad Orientem, & ad Occidentem.

*In estate & hyeme erunt.* Nullo tempore deerit in Ecclesia catholica doctrina, siue rebus prosperis vtatur, siue aduersis. Aquæ hyeme gelu arescunt, & consumuntur; æstate verò calore.

9 *Et erit Dominus rex.* Regnabit in omnibus populis, cōuerfa ad fidem gentilitate.

*Erit Dominus vnus.* Solus Deus verus coletur reiectis idolis.

*Et nomen eius vnum.* Non audientur nomina idolorum, sed nomen Dei.

10 *Et reuertetur omnis terra vsque ad desertū.* Omnis terra quæ est à colle Remmon (qui est petra munitissima in terra Benjamin *Iud. 20.* ad Septentrionē Ierusalē) vsque ad Australem partē Ierusalē, reuertetur in desertum, & desolabitur, vt edificetur Ierusalem multo spatiosior, quàm antea fuerat.

*Exaltabitur.* In sublimi loco ædificabitur, ut vndequaque videri possit.

*Habitabitur in loco suo.* Quietè & tràquillè habitabitur.

*Porta Benjamin.* Describit circuitũ murorum, ut significet multò maiorem futuram urbem, quàm antea fuerat. Significat autem hac metaphora maximam fore Ecclesiæ capacitatem, multoque maiorem quàm erat ante Christi aduentum. Per has enim portas, quæ versùs quatuor mundi plagas patèt, significat ex omnibus regionibus venturos esse ad Ecclesiam. Idem ait Ierem. cap. 31. *Et edificabitur ciuitas Domino.*

*Et anathema non exit amplius,* id est, occisio, & vastatio. Nulla tanta persecutio, aut hæreticorum, aut tyrannorum insurget in Ecclesiam, ut in eam præualeat, ut olim in Ierusalem. Tunc dicitur vrbis *anathema*, cum penitus vastatur.

*Sedebit secura,* certa, quòd portæ inferi nõ præualebunt aduersùs se.

*Tabescet caro vniuscuiusque.* Loquitur de afflictione impiorum, cum, signis præcedentibus iudicium, arescèt præ timore, ut ait Luc. 21. *Tabescet,* id est, defluet, liquecet, attenuabitur, arescèt.

458 *In Zacharia Cap. XIII.*

11 *Oculi eius contabescant.* Liquefient, & obtenebrescent & attenuabuntur.

12 *Et lingua eorum, obmutescet perinde ac si liquefacta esset & aruisset.*

13 *Erit tumultus Domini magnus, id est, turbatio, & stupor, siue ecstasis, (vt lxx.) à Domino immissa. Hærebunt, & nescient quò se vertant præ turbatione, & anxietate animi.*

14 *Et apprehendet vir manum proximi sui.* In summo dolore, & turbatione solent charissimi quique sese complecti obstupentes, & tacentes, & manum manu constringere.

15 *Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem.* Iudæi hæretici, & mali Christiani pugnabunt contra Ecclesiam. Iudæi cum Antichristo præcipue, insurgent in Ecclesiam.

16 *Et congregabuntur diuitie omnium gentium.* Superatis omnibus gentibus, à quibus obfidebitur Ecclesia, præda, & spolijs earum dirabitur, id est, eruditione, eloquentia, potentia, nobilitate, &c. eorum qui conuertentur.

17 *Et erunt omnes iniqui.* Ruina, siue percussio, eorum, multorum (per quarum intelligit aduersores, & socios persecutorum Ecclesie, &

omnia eorum instrumēta ad nocendū) erit  
sicut ruina hæc, scilicet, quam dixi, id est,  
sicut ruent homines, ita equi, &c.

16 Et omnes qui reliqui fuerint. Qui serua-  
buntur ex illis hostibus Ecclesiæ, cæteris  
pereuntibus.

Ascendent ab anno in annum. Hinc vsque  
ad finem capitis ponitur figura pro re si-  
gurata, id est, cæremoniæ veteris legis pro  
eo quod in noua gerendam significabant.  
Ait ergo: Obseruantissimè Deum adora-  
bit, & colet.

Et celebrent festiuitatem tabernaculorum, id  
est, per desertum huius vitæ festinans, &  
in terra ciuitatem non habens, sed in ta-  
bernaculis habitans, optabit ad finem  
beatitudinis sedem transire. Mominit hu-  
ius festi, potius quàm Pentecostes, aut  
Paschæ, quoniam aptior erat eius signi-  
ficatio.

17 Et erit qui non ascenderit. Omnes qui ad  
Ecclesiam venire noluerint, ardescunt, &  
peribunt, sicut sata quæ de cælo non irri-  
gantur. Non veniet super illos imber Spi-  
ritus sancti & gratiæ.

De familiaris terra, in qua erat Ierusalem, id  
est, de iudæis, nam de gentilibus statim lo-  
quetur.

18. *Quod si familia Aegypti.* Si familia gentium, quæ afflixerunt Ecclesiam, noluerint venire, non erit super eas imber.

19. *Hoc erit peccatum,* id est, poena, qua, pro tanto peccato, afficietur.

20. *Erit quod super frenum equi est.* Omnia ornamenta equorum consecrabitur Domino, & vertentur in usus templi. Non enim erunt tunc bella, sed pax, & tranquillitas.

*Et erunt lebetes in domo Domini sicut phialæ.* Lebetibus carnes victimarum coquantur; phialis excipitur earum sanguis. Erunt igitur multi lebetes, totidem quot phialæ, id est, offerentur plurima sacrificia. Sed melius est ut phialas intelligamus cum Hierony. quæ erant plenæ odoramentis ante altare quæ erant plurimæ. Id est, carnes victimarum erunt suavissimi odoris, sicut phialæ odoramentorum, id est, placebunt Deo maximè sacrificia illorum hominum.

21. *Et erit omnis lebes in Ierusalem.* Lebetes desinet conferri in alios usus, & in templum afferentur, ut sacrificijs deseruiant, id est, plurima munera offerentur templis, & quicquid ad usum templi aptum erit, ei dabitur.

Et venient omnes immolantes. Non deerunt lebetes volentibus sacrificare. Significat magnum fore sacrificantium numerum, nullumquē futurum impedimentum, quin omnes, victimas offerant corporis Christi, & cordis contriti in confessione.

Et non erit mercator ultra. Non erunt in templis mercatores qui vendant oves, & boues & lebetes. Non enim tales victimæ offerentur, sed corpus & sanguis Christi, & cor contritum, & adorabitur Deus in spiritu, & veritate. Nullus pro inopia sacrificium offerre desinet.

\*\*\*



**I N**



I N  
**MALACHIAM**  
 PROPHE TAM.

*Capitulum 1.*

**Q**UOS verbi Domini ad Israel in manu Malachiae. 2 Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis, In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, 3 Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti? 4 Quod si dixerit Iudaea, Destructi sumus, sed reuertentes aedificabimus quae destructa sunt: haec dicit Dominus exercituum, Ipsi aedificabunt, & ego destruiam: & vocabuntur termini

termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus usque in æternum.  
5 Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur Dñs super terminum Israel. 6 Filius honorat patrem, & seruus dominum suũ: si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituum ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? 7 Offertis super altare meum, panem pollutum: & dicitis, In quo polluimus te? In eo quod dicitis, Mensa Domini despecta est. 8 Si offeratis cæcum ad immolandum, nõne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. 9 Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quo modo suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituũ. 10 Quis est

in vo-

in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. 11 Ab ortu enim solis vsque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gētibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum. 12 Et vos polluistis illud in eo quod dicitis, Mensa Domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est cum igne qui illud deuorat. 13 Et dixistis, Ecce de labore, & exufflatis illud, dicit Dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudum & languidū, & intulistis munus. nunquid suscipiā illud de manu vestra, dicit Dominus? 14 Male dicitur dolosus, qui habet in grege suo masculam: & votum faciens immolat debite Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus.

**O**Nus verbi Domini. Prophetia minax  
est, & tristis, quia *onus* dicitur. Ve-  
rùm, quoniam non est contra Israel, sed ad  
Israel, aliquid habet admittum lenitatis,  
& consolationis. Sic Hierony. Atque ita  
de Christi aduentu loquitur cap. 3. & 4.

*In manu Malachia.* Loquente ad eos & pro-  
phetante Malachia.

**Dilexi vos.** Cetera tacentur per Apos-  
pelin, quasi impediente dolore. Quasi di-  
ceret, dilexi vos, & pro hac dilectione iniu-  
rias mihi, & peccata rependitis.

*In quo dilexisti nos.* Vanta fuit ingratitudo  
vestra, vt mea beneficia minime agnoue-  
ritis, sed dixeritis: Quo beneficio ostendi-  
sti hunc amorem?

*Nonne frater erat Esau Jacob.* Cum eodem  
patre geniti essent, & idem mihi æque cha-  
ri debere esse viderentur, tamen antequam  
nasceretur, iacob dilexi eum & in eo eius  
posteritas, id est, imitatores pietatis eius;  
& reieci Esau, & in eo eius filios, id est imi-  
tatores, & filios iacob elegi ad æterna bo-  
na, vt ex Paulo intelligimus Rom. 7.

*Et posui in monte Esau solitudinem.* Facile  
hanc reprobationem Esau, & filiorum  
eius potestis intelligere, vel ex eo quod  
separavi eos à populo meo, & in ter pec-

cata lapsi sunt, ut à patria sua exulent, & mihi semper sint inuisi. At vos, licet in exilium abieritis, tamen rediistis, & patriam tranquillè incolitis. Vel simpliciter, dilexi vos ad æterna, & temporalia bona, & illos odi priuando non solùm æternis, sed etiã temporalibus bonis. *Montes* vocat vrbes in montibus sitas; est enim tota regio montosa. Feci ut à Chaldæis vastaretur, & draconibus deserti relinqueretur habitanda.

4. *Quod si dixerit Idumæa.* Sperabunt Idumæi se in patriam redituros, ut vos, & re-ædificaturos vrbes suas: ego destruam, quidquid illi ædificauerint. Hoc dicit, quoniam, cum crescere incipiebant res Idumæorum, euertebantur à Iudæis, & ab alijs, ut videmus 1. Machab. 5. & 2. Machab. 10. & apud Iosep. Gor. lib. 4. cap. 4. & apud alterum Iosep. lib. 13. Antiq. cap. 17.

*Et vocabuntur termini impietatis, id est, terra impia, & maledicta: ita semper manebit memoria scelerum eorum. Et ipsi appellabuntur populus cui iratus est Dominus in æternum.* Hoc in reprobis quam verum sit videmus; tamen quod ad temporalia attinet, æternum capitur pro longissimo tempore.

5 *Magnificetur Dominus.* Laudetur Dñs, quòd tam amplios terminos Israel reliquit, cum Idumæos finibus suis exeluserit.

6 *Filius honorat patrem.* Conqueritur de ingratitude populi sui. Quasi diceret, ego primùm omnium cupiebam, vt me sicut boni filii honoraretis, & reuereremini; vel saltem sicut serui me timeretis, vt ita à peccatis abstineretis, sed neutrum fecistis: x Hierony. & Cyril.

*In quo despeximus nomen tuum.* Qua in re nõ honorauimus te debito honore? Hierony. dissimulationis impudentia vulnus conscientie protegunt.

7 *Offeritis super altare meum panem pollutum.* Loquitur de panibus sacrificiorum, qui offerebãtur super altare 1 eu. 1. 6. & 7 ita Cyril. & polluti dicuntur, quia in illis facien- dis non seruabantur ea quæ in lege erant præscripta.

*In quo polluimus te.* Deus dicitur pollui, cū ei polluta munera offeruntur, quia inhonoratur, & quasi contemptibilis iudicatur.

*Mensa Domini despecta est.* Dicebant altare ipsum esse contemptibile, nec esse ita magnificandum.

8 *Si offeratis cecum.* Hoc de altari, rebus ipsis, dicere videbantur, quoniam offerebant

animalia cæca, & morbida, cōtra Leuit. 22. cum ipsi sacerdotes pro se offerbant.

*Si placuerit ei, id est, nullo modo ei placebit. Ducem dicit, quia tunc regem non habebant.*

*Si susceperit faciem tuam, id est, non te amico vultu intuebitur; nec petita, tibi concedet.*

9 *Deprecamini vultum Dei.* Dicit vultum, quoniam Deus irato vultu aspicit peccatores, Psal. 33. vultus autem Domini super facientes mala. Precamini igitur faciē Dei; vt vos amico vultu intueatur.

*De manu enim vestra.* Hieronym. vos enim hæc quæ dixi vniuersa fecistis.

*Si quomodo suscipiat facies vestras.* Vtitur dubitatione, vt rei difficultatē ostēdat. Quasi diceret, Deum habetis valdē iratum; orate ardentē & instanter.

10 *Quis est in vobis qui claudat ostia.* Nullū officium facitis in domo mea gratis, etiam minimum, vt claudere ostia, supponere ignē altari ad holocausta: pro omnibus decimas accipitis. Cur igitur nō rectē ministratis, saltem quia mercedem accipitis?

*Non est voluntas mihi in vobis.* Prædicat apertē reiectionem Iudæorū, & eorum sacerdotij, & gētium vocationem.

**11** *Ab ortu enim solis.* In vniuerso orbe summa religione adorabor à gentilibus, non in parua prouincia, vt nunc. Præsens profuturo ponitur hic, & in sequentibus propter summam rei certitudinem.

*Oblatio munda.* Offeretur mihi non sacrificium pollutum, quale vos offertis, sed *oblatio munda* corporis, & sanguinis filij mei. Ita Hierony. Cyrillus, Theodor. August. 18 de Ciuitate, cap. 35. & Concilium Tridentinum, sess. 22. cap. 1. *Munda* dicitur (iuxta Concil.) quia nulla offerentiũ indignitate polluitur; & prætereà ab effectu, quia mundat, & per hoc sacrificium poenitètia impetratur peccatoribus, & peccata minuuntur.

**12** *Et vos polluitis illud.* Cùm sit in vniuerso orbe adorandum, inhonoratis illud, dicendo altare esse pollutum, & sacrificia, quæ in eo ponuntur simul cum igne illa consumente. Hoc fit iuxta Cyril. non verbis, sed factis altare non honorâdo, nec offerendo victimas, quales offerri debent.

**13** *Ecce de labore.* Vos tã sacerdotes, quàm laici offertis hostias vitiosas, & lâgidas, & dicitis; De nostro labore, hæc qualiacũque sunt, afferre potuimus, quia venimus Babylone pauperes.

*Et exufflastis illud.* Hierony. exufflatione mea dignum fecistis, id est, vt ego exuffla- rem illud, & pro nihilo haberem.

*Et intulistis de rapinis,* cū diceretis esse de labore.

14. *Maledictus dolosus.* Ostendit eos nō pau- pertatis, sed auaritiæ causa afferre tales vi- ctimas. *Dolosum* vocat, qui vouit, & non bona offert. Nam etsierant quidam defe- ctus tolerabiles in hostiis volūtariè obla- tis, non tamen in illis quæ offerebantur ex voto, vt patet Leuitici 22.

*Horribile in gentibus.* Hebr. *Nela*, dignum omni timore, & reuerentia. *Est*, id est, erit cū prædicatus fuero gentilibus

## Caput II.



**H**T nunc ad vos man- datum hoc, o Sacer- dotes. 2 Si nolueri- tis audire, & si no- lueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dñs exercituum, mittā in vos egestatem, & maledicam bene- dictionibus vestris, & maledicam illis: quoniam

quoniã nō posuistis super cor. 3 Ecce ego proijciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrū stercus solennitatum vestrarum, & assumet vos secum. 4 Et scietis, quia misi ad vos mandatum istud: vt ellet pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum. 5 Pactum meum fuit cū eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem: & timuit me, & à facie nominis mei puebat. 6 Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius, in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. 7 Labia enim sacerdotis custodiēt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituū est. 8 Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritū fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. 9 Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. 10 Nunquid nō pater vnus omnium nostrum?

nostrum? nunquid non Deus vnus  
 creauit nos? quare ergo despicit vnus-  
 quisque nostrum fratrem suum, vio-  
 lans pactū patrum vestrorū? 11 Trāf-  
 gressus est Iuda, & abominatio facta  
 est in Israel & in Ierusalem? quia con-  
 taminauit Iudas sanctificationem Do-  
 mini, quam dilexit & habuit filiā Dei  
 alieni. 12 Disperdet Dominus virū  
 qui fecerit hoc, magistrum & discipu-  
 lum de tabernaculis Iacob, & offeren-  
 tem munus Domino exercituū. 13 Et  
 hoc rursus fecistis, operiebatis lachry-  
 mis altare Domini, fletu & mugitu,  
 ita vt non respiciam vltra ad sacrifi-  
 cium, nec accipiam placabile quid de  
 manu vestra. 14 Et dixistis, Quam  
 ob causam? quia Dominus testificatus  
 est inter te & vxorem pubertatis tuæ,  
 quam tu despexisti: & hæc particeps  
 tua, & vxor fœderis tui. 15 Nonne  
 vnus fecit, & residuum spiritus eius  
 est? Et quid vnus quærit, nisi se-  
 men Dei? Custodite ergo spiritum ve-  
 strum, & vxorē adolescentiæ tuæ noli  
 despici-

despicere. 16 Cùm odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel: operiet autem iniquitas vestimētum eius, dicit Dominus exercituum, custodite spiritum vestrum, & nolite despiciere: 17 Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris. 18 Et dixistis, In quem fecimus laborare? In eo quòd dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in cōspectu Domini, & tales ei placent: aut certè vbi est Deus iudicij?

**E**T nunc ad vos mandatū hoc. Docet quod supplicium immineat: Audite hoc quòd mihi Dominus mandauit, vt dicerem vobis.

2 si nolueritis ponere super cor. Id est, diligenter cogitare quæ facitis, & quæ facere debebatis.

Mittam in vobis egestatem, Vt fit iam vera egestas, & non simulata, vt cū dicitis; vt vidimus. c. i. vers. 13. ecce de labore. Auaros esse indicat, quos principio egestate terret.

Maledicam benedictionibus vestris. Id est, adimā etiā vobis diuitias, quas per fertilitatē à me datam obtinebatis. Ita Cyril. R. Dauid. Vatabl. Vel, quidquid vos benedix-

aliquid

xeritis, vt agros, pecora, ego sterile reddā. Ita L. yra, & citat R. Salomonem. Vtrumq; proponit Hieron.

*Et maledicam illis.* Et vnicuique illorum maledicā, est enim in Hebræ. *illi.* Repetit autem quod iam dixerat ad maiorem confirmationem, & amplificationem.

3 *Ecce ego proijciam vobis brachium.* Illas partes victimarū, quæ vobis in lege referuantur, vt brachium, siue armum dexterum, & ventriculum. *Leuit. 7. & Deuter. 18.* faciam, vt vobis dent laici; sed dabunt cum horrōre detestantes vestrorum morum turpitudinem. Ideo non dixit ventriculum, sed stercus, id est, non tam dabo vobis ventriculum, quā cius stercus proijciam in vultum vestrum, vt facies deturpatas habeatis, & ab omnibus rideamini, *Proijcere in vultum est indigētis, simul & contemnentis, eoque honore indignum iudicantis.*

*Et assumet vos secum.* Semper cum illo eritis, semper facies deturpatas habebitis, id est execrabiles & contemptibiles eritis.

4 *Et scietis quia misi ad vos.* Hæc omnia eo animo dico, vt quod æquum est faciatis, & pactū illud, quod olim percussum tibi Deum maneat firmum, & inconcussum,

*Scietis.*

Sciētis, id est, scire poteritis ex his verbis meis. Leui ponitur pro tribu Leui generaliter, sicut Iuda pro tribu Iuda ita Hiero. & Lyra. R. D. & alij,

5 Pactum meum fuit cum eo. Cū sacerdotiū dedi Leuiticæ familiæ, promisi ei in principibus suis vitā & pacē. Vitam (ait Hiero.) gratiæ & gloriæ, pacē, quod semper habituri essent sacerdotiū Num. 25. Ecce do eis pacē fœderis mei, & erit tam ipsi, quàm semini eius pactum sacerdoti sempiternum.

Dedi ei timorem. Fuerūt enim multi sacerdotes sanctissimi, vt Aaró, Phinees, Onias & Leuitæ, quos multū laudat Moyses Deuter. 3. Vndè cū dicit ei, non loquitur de hoc aut illo sacerdote, sed de tribu Leui.

A facie nominis mei pauebat. Corā me trepidabat præ ingenti reuerentia, & tremebat.  
6 Lex veritatis. Semper veram doctrinam, & salutarem docuerunt.

Et iniquitas non est inuenta. Neminem deciperunt, vt à cultu Dei vero aberraret.

In pace & in equitate ambulauit mecum. Sollicitè mihi seruiert pacem mecum obseruando, id est, omnia mandata mea implentes, & ambulando in equitate. Hebraicè. In rectitudine. Nunquam declinauit

nauit ad dexteram neque ad sinistram  
sed æquitatem seruauit, recta via ambu-  
lauit.

7 *Labia enim sacerdotis custodient scientiam,*  
Id est omnium ad bene viuendum neces-  
sarium cognitionem, vt ait Cyril. *custo-*  
*dient*, id est custodire debent, vt sint quasi  
arca testamenti in qua erat lex. Hiero. non  
dixit *proferent*, sed *custodient*, vt loquantur  
in tempore, dentque conseruis cibaria in  
tempore suo.

*Et legem requirent.* Bernar. 2. de cõsidera-  
tione in fine, non nugas profecto, vel fa-  
bular.

*Quia angelus Domini exercituum est.* Id est quia  
fideliter referre debet quod à Deo accepit,  
nihil addendo è suo, aut subtrahendo, vt  
angeli faciunt. Ita Cyril. & debet esse Dei  
sequester, & hominum, & Dei voluntatis  
nuntius, & interpres, & angelicæ vitæ ac  
puritatis.

800 *Recessistis de via.* Id est, à rectitudine mo-  
rum, & obseruantia legis.

*Et scandalizastis,* Malo exemplo vestro, nõ  
seruantes legem.

*Territum fecistis patrum Leui.* Heb. corrupistis,  
non implestis, quæ vestræ familie præcep-  
ta erant, & ita indigni facti estis, quibus  
promissa

promissa ei facta impleantur.

9 Et humiles. Id est, abiectos & viles.

Et accepistis faciem. In iuste iudicatis, non causas attendentes, sed personas; accepistis personas.

10 Nunquid non pater vnus omnium nostrum. Reprehendit præterea sacerdotes, principes, & populum quod reuersi Babylone, vxores suas dimiserant macie confectas, & deformes de via; & duxerant alienigenas. i. Esdrae. 9. & 10. & est sensus; cum omnes habeamus vnum patrem Abraham, tam viri, quam foeminae, quare tam grauius deditis sorores vestras, vt eis dimissis, externas accipiatis. Ita Hiero. & Cyrillus.

Nunquid non Deus vnus creauit nos. Duæ sunt dilectionis causæ maximæ; prima communicio generis, de qua iam dixit; altera communicio religionis, de qua nunc loquitur. Quasi dicat, cum Deus vnus nos omnes creauerit, omnesque hunc creatorem colamus, cur dimittitis vxores, quæ eundem vobiscum Deum, & creatorem colunt, & accipitis idolorum cultrices? Subindicat Deum etiam vindicaturum tam magnam iniuriam his mulieribus illatam, quas vt creaturas suas amat.

Quare ergo despicit vnusquisque nostram fratrem

*trem suum.* Ita prorsus legendum est. Fratrem despicit abiiciendo, filiam aut fororem eius.

*Violans pactum patrum nostrorum?* Ita legendum est. *Pactum*, id est, legem, quam Deus dedit patribus nostris de nō ducēdis alienigenis Deut. 7. Ita Hiero. & Interl.

*Transgressus est Iudas.* *Transgressionem* vocat acceptionē alienigenarum vxorum, ac dimissionem Israeliticarum. Idem intelligit nomine *abominationis*. *Israelem* vocat illos ex decem tribus, qui remanserant cum tribu Iuda, vt ait Hieron.

11 *Et in Ierusalem,* Quæ sanctior esse debebat, cum habeat templum, & sacerdotes.

12 *Contaminauit Iudas sanctificationem Domini.* Id est, sanctitatem, quam habebat, ex eo quod esset præ omnibus populis Deo dicitus, amisit aut corrupit, miscendo se cum alienigenis. Ita Hiero. & Interl. Vel, vinculum matrimonij à Deo sancitum, & sacramentum in paradiso. Ita R. D. Et Vatabl. Vel, animam suam, quam Deus sibi addici, & sanctificari voluit. Ita Chald.

13 *Et habuit filiam Dei alieni.* Duxit vxorem cultricem Dei alieni, habuit vt maritus. Nā pro *habuit* Hebr. est Bahal, id est, possedit vt vxorem.

12 *Disperdet Dominus virum.* Non patietur Deus multum tantam suam injuriam, sed omnes qui hoc in posterum fecerint, aut præteritum factum non mutauerint, disperdet; siue sit magister, siue discipulus, siue sacerdos qui altari ministrat.

*De tabernaculis Jacob.* Ita legit Hierony. & ita est in Hebræ. & Græc. & Chald. id est, de urbibus Israel, vt vertit Chald.

13 *Operiebatis lachrymis altare Domini.* Hoc velo tegitur altare meum, & ideo munera, quæ in eo mihi offertis, videre non possum. Lachrymæ autem erant vxorum dimissarum petentium à Deo vindictam, & auxilium. *Mugitum.* vocat magnum clamorem.

14 *Quia Dominus testificatus est.* Dominus precepit tibi quomodo te erga vxorem, quæ in adolescentia tua duxisti, gerere debueras, dicens: *Propter hoc reliquet homo patrem, & matrem, &c.*

*Particeps tua. socia tua.*

*Vxor fœderis tui.* Cum qua fœdus iniisti. Nam altera quam duxisti, non est vxor tua, sed concubina, non iniisti cum illa legitimum fœdus.

15 *Non ne vnus fecit?* Idem Deus qui fecit matrem & patrem

rem, fecit & foeminam. Et ipsa est *residuum spiritus eius*, id est, flatus Dei; inspiravit enim in hominem spiraculum vitæ, & residuum spiravit in mulierem, id est æqualem animam illi dedit, ac viro. Idem legem in se, parabilis matrimonij tulit, & modò cum verat te recedere ab vxore, *quid querit, nisi Semen Dei?* Id est vt crescat populus Dei, & sit vere semen Dei ex patre, & ex matre, quæ sit filia Dei, & non ex alienigena, quæ est filia Dei alieni.

*Custodite ergo spiritum vestrum.* Ne legem transgrediamini, victi libidine & amore alienigenarum. *Et inuitosque mundum cum odio habueris, dimitte.* Ironice dicitur vt patet ex comminatione sequenti. *Operiet autem iniquitas,* quoniam lex nõ permittebat quacunque ex causa dimitti vxorem, sed propter foeditatem, id est, propter fornicationem, vt Dominus exposuit Matth. 19.

*Operiet autem iniquitas.* Id est poena iniquitati debita.

*Vestimentum.* Vocat corpus, iuxta Hiero. LXX. *ἡ ἰσχυρὰ ἡ σάρξ σου,* id est cogitationes tuas, itaque *vestimentum* vocat internum animi affectum, ex quo anima decor conciliatur, aut turpitude, vt corpori ex vestibus

bus. Dixit cogitationis; Quasi dicat ipse tetigit suam cogitationem, simulans se propter odiū relinquere; cū re vera relinquat propter libidinē, & amorē alienigenarū. Operuit dixit, vt magnitudinem poenæ ostendat, & simul ad irrisionem. Quasi dicat Deus etiam operiet cogitationem eius, sed debito supplicio. Dixit *Deus Israel* ad augēdam ironiā, Quasi dicat; quomodo hoc iubere poterit Deus, qui vniuersum genus Israel protegit, vt pater filium.

*Custodite spiritum vestrum.* Quasi conclusionem colligit ex dictis: cū sciatis hæc Deo displicere, custodite animas vestras ab omni transgressione.

*Nolite despiciere,* Præuaricari in vxores vestras.

17. *Laborare fecistis Dominum.* Magna molestia eum affecistis, blasphemia aduersus eū dicta. Cū enim videritis idololatrias abundare bonis, dixistis; Mali placent Deo, & ideo illis benefacite, aut, si hoc ita non est, vbi est Deus iudicij? id est faciens iudicium iuste iudicans? vbi sunt illius iusticia.

¶¶

Cap.

## Capitulum III.

**E**cce ego mitto angelum  
 meum, & præparabit viã  
 ante faciem meã. Et sta-  
 tum veniet ad templum  
 suum Dominator, quem vos quæri-  
 tis, & angelus testamenti, quem vos  
 vultis. Ecce venit, dicit Dominus exer-  
 cituum: 2 & quis poterit cogitare  
 diem aduentus eius? & quis stabit ad  
 videndum eum? Ipse enim quasi ignis  
 conflans, & quasi herba fullonum:  
 3 & sedebit conflans & emundans ar-  
 gentum, & purgabit filios Leui, & co-  
 labit eos quasi aurum & quasi agen-  
 tum, & erunt Domino offerentes sa-  
 crificia in iustitia. 4 Et placebit Do-  
 mino sacrificium Iuda & Ierusalem si-  
 cut dies seculi & sicut anni antiqui.  
 5 Et accedam ad vos in iudicio, & ero  
 testis velox maleficis & adulteris, &  
 periuris, & qui calumniantur merce-  
 dem mercenarij, viduas & pupillos, &  
 oppri-

opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dñs exercituũ. 6 Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij Iacob nõ estis cõsumpti. 7 A diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis, & nõ custodistis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis in quo reuertemur? 8 Si affliget homo Deũ quia vos configitis me? Et dixistis, In quo cõfigimus te? In decimis, & in primitijs. 9 Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. 10 Inferte omnem decimam in horreum: & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dñs: si nõ aperuero vobis catarractas cæli & effuero vobis benedictionem vsque ad abũdantiam, 11 & increpabo pro vobis deuorantem: & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. 12 Et beatos vos dicent omnes gētes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituũ. 13 Inua-

luerunt super me verba vestra, dicit Dominus. 14 Et dixistis, Quid locuti sumus contra te? Dixistis, Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumentum quia custodiimus precepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? 15 ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem edificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt.

16 Tunc locuti sunt timentes Dominum vnusquisque cum proximo suo: Et attendit Dominus, & audiuit: & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius. 17 Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis, sicut parcat vir filio suo seruienti sibi. 18 Et conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

**E**cce. Magnum docet esse quod sequitur, & attentione auditorum dignum.

Angelum meū, Id est, nuntiū angelicæ puritatis. Euth. & Theoph. Imperf. in Math. II id est Ioannem Baptistam vt Dñs explicuit Matth. II. Sunt autem hæc verba Christi.

Et preparauit viam, Docendo meum aduentum, & exhortando ad pœnitentiam, & ad recipiendum me.

Ad templū suū. Veniet in templum, vt ibi prædicet. Quod tēplum figura est Ecclesiæ. Dominator Hebr. Haudon. Græce ὁ κύριος, id est, Dominus ille.

Quem vos queritis. Nuntius & interpres fidus Diuinæ voluntatis in fœdere siue pacto Dei, promissus hominibus.

Et quis poterit cogitare. Quis poterit cogitatione comprehendere quanta futura sit illius diei gloria, cum filius Dei homo erit inter homines.

Et quis stabit ad videndum eum. Cuius oculi ferre poterūt tantum splendorem? Quasi dicat omnem intellectum superabit gloria illa filij Dei, & illa bonitas, qua homo fieri, & cum hominibus conuersari sustinuit. Quis hæc cogitans, non deficiat præ admiratione ita vt viribus destitutus cadat.

Ipsè enim quasi ignis constans, Id est purificās metalla: gratia sua purgabit homines, & spiritu suo sicut ignis metalla.

486 *In Malachia Cap. III.*

Et quasi herba fullonum. Hebr. *Borith* quam nos herbam saponariam dicimus, id est, animas reddet purissimas, & candidissimas.

3 Et sedebit constans. Non perfunctoriè mūdabit, sed quasi ex professo, vt ignis purificat metalla.

7 Et emundans argentum, Id est, sicut argentum. Ita L. X. & Chald. Vel, *argentum* vocat populum Christianum, qui respectu aliorum populorum, est argentum, & sacerdotes vocantur aurum, vnde ait statim & purgabit filios *Leui*.

Et purgabit filios *Leui*. Id est, sacerdotes noui testamenti, quorum figura fuerunt filij *Leui*, id est, dabit Ecclesia optimos, & purgatissimos sacerdotes, vt Apostolos, & eorum successores.

Et colabit eos quasi aurum. Alijs atque alijs verbis idem repetit ad emphasin purgationis, & ad maiorem certitudinem, & firmitatem. Aurum purificatur igne & colatur, vt penitus seceraatur scoria, & immūditia omnis.

Et erunt Domino offerentes. Castè, & sanctè ministrabunt, nō vt sacerdotes; de quibus cap. 2. locutus est.

4 Sacrificium Iuda & Ierusalem. Iudam appellat

lat populum Christianum; *Ierusalem* Romā in qua est summus sacerdos, & quæ est totius Christianitatis metropolis; in qua fuerunt multi pontifices, & martyres.

*Sicut dies seculi.* Id est, sicut sacrificia vetera, sicut in canone dicitur, *sicuti accepta habere dignatus est munera pueri tui iusti Habel.* Sic non significat æqualitatem, sed correspondentiam rei figuratæ ad figuram.

5. *Et accedam ad vos in iudicio.* Redit ad reprehendendum mores illius temporis. Quasi dicat, vos dicitis malos mihi placere; aut, *vbi est Deus iudicij:* ego mittam angelum meum, qui, homines reddat bonos vt ego ad eos veniam. Et ego purificabo fideles meos, atq; ita patebit displicere mihi peccata. Sed & nunc intrabo vobiscum in iudicium, & puniam malos.

*Et ero testis velox.* Ego qui futurus sum iudex, ero & testis, nihil enim testibus indigeo, omnia vestra peccata cognoui.

*Maleficis.* Incantatoribus, & magiæ deditis. Hæc peccata enumerat, quæ erāt vilitiora in populo, & quia solent esse occulta, nec facilè ad eā testes inueniuntur. Quasi dicat; Non deerunt ad sententiam pronuntiandam testes, ego ipse ero testis. Erant autē in illo populo multi malefici.

Vide Ierem. 26. & 2. Paralipomenon. 33.

Et qui calumniantur mercedem. Qui pervim,  
& fraudem priuant mercede sua mercenarium.

Et humiliat viduas. Id est, affligunt, & opprimunt. LXX. & qui opprimunt per potentiam viduas, & percutiunt pupillos.

Et opprimunt peregrinum. LXX. & Chald: & qui pervertunt iudicium advena, id est, qui iniuste contra eum iudicant, aut falsum testimonium dicunt.

6 Ego enim Dominus, & non mutor. Vos putabitis me mutatum esse, ut cum ante iustitiam amarem, nunc mihi mali placerent; ut ergo sciatis me non mutari, faciam quod dico: ego Dominus Iehouah, qui dicitur eo quod semper sit, & non possit mutari quia est ipsum esse.

Et vos filii Iacob, non estis consumpti. Cum malos oderim, & vos saepe me irritaueritis, imitantes peccata patrum vestrorum, tamen tanta fuit misericordia mea in vos, ut nunquam vos deleuerim. Threnorum. 3. misericordiae Domini quia non sumus consumpti.

7 Reuertimini ad me. Scilicet per poenitentiam, & ego reuertar ad vos, id est, propitius vobis ero.

In quo reuertemur. Quid faciendum nobis est, vt ad te reuertamur, non enim videmur nobis à te recessisse?

8. Si affliget homo Deum. Nunquid æquum est, vt homo vehementi dolore afficiat, & cruciet Deum; sicut vos me affligitis, defraudando me, idest, ministros meos decimis, & primitiis.

In decimis, & in primitiis. Orta est enim fames tanta vt leuitis decimæ non darentur, vt videmus. 2. Esdræ 10 & 13.

9. Et in penuria vos maledicti estis. Immissum vos magnam sterilitatē, quæ maledictionis nomine solet intelligi, & tamen non respuistis, sed potius omnes vos me cruciatis tam principes, quam priuati, diuites, & pauperes.

10. In horreum. Scilicet templi.

Et sit cibus in domo mea, quo ministri mei alantur.

Et probate me super hoc. Experimenti an sciā benè facere seruantibus legem meam.

11. Et venite & arguite me, dicit Dominus.

Si non aperuero vobis cataractas cæli. Si non dederō vobis copiosissimum imbrem, subaudi, mendacem putate me, aut aliquid tale. Cataracta est locus præceps in flumine; unde aqua cum impetu, & fragore decidit.

Et effudero vobis benedictionem. Id est, largissimam fertilitatem omnium quæ e terra nascuntur.

Usque ad abundantiam, Hebr. Had heli dai, id est, donec non sufficientia, id est, donec non sufficiant vobis vasa ad excipiendum.

Et beatos vos dicent omnes gentes. Admiratæ tantam fertilitatē, & ex ea vos Deos charos esse iudicantes.

Eritis enim vos terra desiderabilis, id est, quasi terra desiderabilis, ut verterunt lxx, id est, optimum fructum bonorum operum feretis; Vel, ut ait Hieronym. omnes in terra vestra habitare desiderabunt, propter insignem eius fertilitatē. Tribuit hominibus quod terræ est.

Invaluerunt super me verba vestra. Prævaluerunt contra me, & sicut onus grave opprimunt me, lxx. ingravastis super me in verbis vestris. Quæ verba hæc sint statim docet.

Ambulauimus tristes. Pœnitentiæ & dolore peccatorum.

Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Cum hæc videamus, beatos vocamus arrogantes, qui contra Deum superbiunt, & blasphemant.

Si quidem edificati sunt. Id est, aucti sunt filii: quod magnæ foelicitatis putabatur, id est,

id est, non solum ipsi nō sunt extincti, sed etiam multa prole aucti sunt.

*Tentauerūt Deū. Peccatis eū prouocauere, & salui facti sunt, & tamē nō ideò perierūt.*

16 *Tunc locuti sunt. Iusti, hæc videntes, locuti sunt inter se, quod iustos decebat, & quod scripturis didicerant, defendentes prouidentiam Dei. Ita Hierony.*

*Et accēdit Dominus & audiuit. Scilicet, quæ iusti pro Dei prouidentia loquebantur, & scripsit in libro monumenti, id est, memoriæ, hoc est diligenter memoriæ mandauit, vt suo tempore eis retribuatur. Ideò ait scriptum esse sibi librum timentibus eum, id est, in bonum, & in fauorem timentium eum, & semper eius recordantium, & de eo cogitantium.*

17 *In die qua ego facio. Scilicet, hoc quod dico, id est, in die iudicij: sermo est cogitatis aliquid citò facere, & ideò ita loquētis, ac si iam faceret.*

*In peculium. Seruabo eos quasi peculium meū, quasi propriā substantiam, & dilectā.*

*Et parcā eis. Non sinā, vt eos tribulatio attingat, quæ tunc vehemens erit.*

*sicut parcat vir filio suo. Quem duplici nomine amat, & quòd filius sit & obediat ac seruiat sibi.*

18. *Et conuertemini.* Ita legendum est, id est, tunc vos, qui modo dicitis nullum esse emolumentum seruientibus Deo mutabitis sententiam, cum videbitis vestram miseriam, & iustorum beatitudinem; & intelligetis quantum intersit inter seruientem Deo, & non seruientem.

### Caput III.



1. *Cce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. 2. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. 3. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die, quæ ego facio, dicit Dominus exercituum. 4. Mementote legis*

gis Moyſi ſerui mei, quam mandauit ei in Horeb ad omnem Iſrael præcepta & iudicia. 5 Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. 6 Et conuertet cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

**E**cce enim dies veniet. Dixi vos viſuros quid interſit inter bonum & malū, quoniam veniet dies iudicij plena iræ, & ultionis: Ided ait, *succenſa*, & propter ignem præcedentem faciem iudicis, & propter ignem gehennæ, qui malos corripiet.

*ſtipula*. Non quòd finitèdus ſit ille ignis, ſed quòd ita celeriter eos corripiet, ac ſi eſſent ſtipula.

*Radice[m] nec germen*. Cyril. non renaſcentur ſicut arbor, euulſa radice. Et, quoniam quidam furculi ſine radice germinant, etiã id tolletur, id eſt, *germen*, hoc eſt furculus qui poſſit germinare, vel, Omnes eorum voluptates, & diuitias penitèns abolebit.

2 Et oriètur vobis. Cùm hæc mali patientur,

tur, vobis iustis orietur sol iustitiæ, id est, Christus, veniet de cœlo ad iudicium.

*Sol* dicitur propter splendorem visibilem, & maiestatem. Secundo propter læticiam, quam iustis afferet. Tertio, quia adventu suo fugabit omnes tenebras, id est, afflictiones iustorum. Quarto, quia patefaciet arcana cordium. *Iustitiæ* verò dicitur quia omnia ista quæ habet vt sol, impendet iustitiæ, id est, in fauorem iustorum.

*Et sanitas in pennis eius*, id est, in radijs; radij enim solis sunt in eo vt pennæ in aui- bus, id est, afferet secum sanitatem, & medicinam. Quod dicitur propter resurrectionem corporum.

*Et egrediemini. De sepulchris obuiis Christo.*

*Et salietis. In altum tollemini dote agilitatis.*

*sicut vituli de armento.* Sicut vituli saginati, electi de armêto, lxx. *sicut vituli de vinculis relaxati.* Hoc dicitur propter infirmitatem corporum, & exultationem, qua sancti in æra leuabuntur obuiam Christo.

*Et calcabitis impios.* Sub pedibus eos habebitis victos. Quod Christi est, iuxta illud, *Deus ponam inimicos tuos*, &c. tribuitur sanctis suo modo; quia suo modo iudicaturi sunt.

Cum fuerint cinis. Vos tunc eritis magni, & gloriosi & ipsi coram vobis erunt cinis, id est, res abiectissima.

4 *Mementote legis Moysi.* Cum tanta præmia maneant bonos, videte vt legem obseruetis, vt tunc salutem inueniatis. Loquitur hominibus sui temporis, sed eadem ratione præcipitur Christianis, vt legem Christi seruent.

*In Horeb, qui dicitur & Sinai, vbi data est lex, & est mons Arabiæ Gal. 4.*

*Præcepta & iudicia.* Per legem moralia potissimum intelligit, per præcepta cæremonialia; per iudicia iudicialia.

5 *Eliam prophetam.* Qui designatus est præcursor secundi aduentus.

*Dies Domini, quo ipse Dominus venturus est ad iudicandum.*

*Magnus.* Quia magna in eo facturus est, horribilis propter sententiam in malos proferendam. Hierony. *magnus iustis, horribilis peccatoribus.*

6 *Cor patrum ad filios.* Cor patriarcharum ad Iudæos, qui tunc erunt, quod fiet, cum illi credent in eundem Dominum, in quem patriarchæ, & prophetæ crediderunt. Ita Hierony. August. 20. de Ciuitate, cap. 21. Gregor. 11. Moral. cap. 10. vel *patres suat*

Iudæi,

Iudæi, & filij Apostoli Sic Theodo. Chry-  
sost. & Euthy. Matth. 17. *Ne forte veniam.*

*Ne, cum venero, fortè inueniam terram in incredulitate, & peccatis plenam, atque ita penitens eam perdam. Terram vocat vniuersos Iudæos terrena sapientes. Ita Hieronym. August. loco citato, Rupert. Cyril. anathema autem vocat perditionem integram, & occisionem.*

Lex, & est mors.

Præterea & iudicium. Per hoc iudicium pos-

L A V S D E O.

ditur per quod iudicium.

Et hanc præterea. Qui deus est, pro-

curator facienti & facientis.

Qui domini, quo ipse Dominus venturus

est ad iudicandum.

Magnus. Qui magnus in eo factus est.

SALMANTICÆ.

peccatoribus.

Excudebat Ioannes

Ferdinandus.

credens in eundem Iudæis in quom


participare. Et propheta. Et dicitur. Et

Gregor. II. Moral. cap. 10. vel dicitur. Et


1598.

1598.











119